



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN


## Universitätsbibliothek Paderborn

**Hexameron Mysteriologicvm in quo ex Gen. c. 1.  
Cosmopoeja Hominis Lapsi Mystica id est Omnia omnium  
à Creatione Mundi statuum propriè dicta Sacramenta  
salutis perditae restaurativa nec non Hierarchia ...**

**Stummel, Friedrich  
Sneps, Martin**

**Herbipoli, 1663**

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9468**






M. 429.

D. 1

N. 3.







HEXAMERON  
MYSTICIS

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

...

H

C

E

O

H

F

D

Pr

H



# HEXAMERON MYSTERIOLOGICVM

in quo ex Gen. 6. 1.

## COSMOPOEJA HOMINIS

*Ex legato Celli m. id est Principis Ferdinandi  
Episcopi Salsburg. et Monasterii*

Omnia omnium à Creatione Mundi  
statuum propriè dicta Sacramenta salutis  
perditæ restaurativa

*nec non*

Hierarchia Ecclesiastica restauratam salutem  
& sanctitatem in fideles jugiter influens breui  
ratiocinii clave referantur.

*Collegij Soci. Auctore IESU Paderbornae  
1683.*

F. FRIDERICO STVMELIO,  
Ord. Frat. Min. Strict. Obseru. SS. Theol.  
Lectore ordinario & eodem Præside.

*Disquisitioni publicæ proponitur Lymphurgi ad  
Lanam in Comitibus Prouincialibus Fratrum  
Minorum Alma Prouincia Thuringia S. Elisabethæ.*

Propugnabit F. MARTINUS SNEPS, ejus-  
dem Ord. SS. Theol. Studiosus.

*Anno 1663. Mense Iunio die*

---

HERBIPOLI, Typis Sylvestri Galsner, Typogr.  
Aul. & Academici.



HERXAMERON  
MYSTERIOLOGVM

COSMOPOLIA HOMINIS  
LAPSI MYSTICA

Omnia omnia mundi  
sacrum proprie de  
proprietate

*Mundum tradidit disputatio-  
ni eorum, Ecclesiastes 3.v.11.*

F. FRIDERICUS STUMMELIO

Ord. Prae. M. S. Theol. Obiit 22. Theol.  
Lector ordinarius & codici Prae.

Disputationi publicae propositae Propaganda ad  
Laurum in Comitibus Pontificiis Praeterea  
Alma Mater Universitatis Thauri

Propugnabit F. MAR TINIUS STELZ, etc.  
dem Ord. 22. Theol. studiosus.

Anno 1663. Mense Junio  
die

HERSIPON, Typ. Universitatis Thauri





*Reuerendissimo in Chri-  
sto Patri*

**P. F. IACOBO  
DE RIDDERE,**

Ordinis Fratrum Min. tam stri-  
ctoris, quàm Regularis obser-  
vantia super Prouincias Ger-  
mania, Belgii, Hybernica, An-  
glia, Scotia Dania & annexas  
cum plenitudine potestatis in  
utroque foro Commissa-  
rio Generali.

**C***um sacra euul-  
gantur, Reuerendissi-  
me Pater, haud satis tu-  
tum esse Theologo, praestantissimi li-  
cet ingenii, propriis niti viribus,*  
)?( 2 cer-



certò illò declaratur exemplo, dum  
ad mechanica etiam elaboranda,  
Fabro, et si rerum diuini cultus opi-  
fici, tanta hæc diuinitus esse imper-  
rita, Moyses affirmat: <sup>a</sup> Impleuit,  
<sup>35.</sup> inquit, Beseleel Dominus Spiritu  
Dei sapientiâ & intelligen-  
tiâ, scientia & omni doctrinâ  
ad excogitandum & facien-  
dum opus in auro, argento &  
ære, sculpendisque lapidibus &  
opere carpentario: quidquid  
fabrè adueniri potest dedit in  
<sup>39.</sup> ore eius. <sup>b</sup> Sed & adiecit, ut ita di-  
uino spiritu benè confectum opus,  
non ante sacro esset usui mancipan-  
dum, quàm ab ipso Moyse fuisset co-  
gnitum & benedictum. Quæ qui-  
dem omnia cum ipsi, qui licet Deo  
sacranda, fabrilia tamen tractabat,  
diuinitus dari decuerit: quanto ea-  
dem maiori cumulo ad rerum theo-  
logicarum excogitandum & faci-  
en-



endum opus in auro diuina chari-  
tatis, argento igne cœlesti exami-  
nato, veritate probato, purgato se-  
ptuplum, & ære hierarchici firma-  
menti, sculpendisque lapidibus  
operi cœaptandis à Deo expetenda  
erunt, ut spiritu veritatis semper  
afflatus, veritate undiq; constans o-  
pus absoluat, atq; illud demum ipsi,  
qui præest Ecclesia ad cognoscendum  
& benedicendum offerat: in hanc  
itaq; ad perficiendum præsens opus-  
culam assistentia diuina necessita-  
tem, animi cogitatus enixius desi-  
gens, meiq; adeo exiguam cogno-  
scens ingeniandi sphaeram, dubius  
& Deo supplex substiti, qua ratione,  
totam, quam docui, scribere breui-  
ter possem Ecclesie militantis Palin-  
genesiam, id est alteram reparatio-  
nis nostræ beatamq; post lapsum ge-  
nesin, qua per hierarchicam Sacra-  
mentorum sanctificationem in si-



ad Eph.  
4.

militudinem Sanctorum, non my-  
steriorum intelligentiã duntaxat,  
sed virtutum & gratiæ inherentis  
excellentiã exemplati, c. Occurra-  
mus omnes in unitatem fidei &  
agnitionem Filii Dei in virum  
perfectum, in mensuram æta-  
tis plenitudinis Christi. Hoc  
rationali animi fluxu agitatus, tan-  
dem ad admirandam Cosmopœiæ  
architecturam diuino Gen. 1. Ve-  
lociter scribentis exarata cala-  
mo progredior & audio: Fiat lux:  
& meo facta est lux in animo,  
moxq; claritas diesque verborum,  
fiat lux diei eructat verbum, fiant  
luminaria, dies verborum litte-  
ralis, diei intelligentiam indicat  
mysticam, & nox profundorum  
Dei, indicat nocti mysteriorum sci-  
entiam scripturæ hinc allegoricam,  
hinc anagogicam, sine etiam tropo-  
logicam. Hac mystici sensus ab-

un-



unde serenata nocte, euacuatis inani-  
tatis nostrae super faciem abyssus  
peccatorum tenebris in lucem isthac  
non uno tantum foetato mo prodit  
microcosmopœia, quam de reo ver-  
borum cortice Consularibus Almæ  
Nostræ Provincia Thuringia S. E-  
lisabethæ Fratrum Min. Patribus  
(quos vocales dicimus) ad Comit-  
alia venientibus scrutinia cordiali-  
ter ac syncerè Colendis exhibeo le-  
gendam; Tibi autem, Reveren-  
dissime Pater, nostro reuera Moysi  
eam unà mecum ex asse dico & con-  
secro, nec non paterno benedictionis  
sigillo consignandam offero. Enim-  
verò, cui potiori jure ratiocinij sui  
clauem, quâ bona filiorum profecti-  
ti referantur, saluâ lege filius offe-  
rat, præterquam Patri, <sup>d</sup> cuius illa  
sunt & quò ad usum fructum & quò  
ad proprietatem? Sub cœlestis Hie-  
rarchiæ æconomiam, cui alteri nun-

d l. si  
addi-  
tio.  
l. si fi-  
nita.



cupem, nisi Viro Hierarchæ per u-  
tramq; Germaniam in Seraphica  
Hierarchia respectiue Maximo?  
Patere ergò, Reuerendissimè Pa-  
ter, ut hac opella literaria Tibi  
omni jure obarratâ Tuam venere-  
mur Paternitatem Filii, quos jugi-  
ter hierarchico sanctitatis iu-  
ad votorum obseruantiam, discipli-  
na custodiam morumq; sanctita-  
tem & Dei similitudinem per ple-  
nissimam sacrarum actionum pote-  
statem adducis, velisq; emulâ quasi  
ad hierarchiam caelestem dispositio-  
ne omnes subditos Tuos, quaqu-  
versum illis principaris, ita consti-  
tutos animis erga Deum, ut summo  
eius cum Seraphin amore ardeant,  
cum Cherubin cognitione fulge-  
ant, cum Thronis Spiritus S. soli-  
um persistant, tales autem ad seip-  
sos; ut cum Dominationibus cor-  
poris potentias in seruitutem redi-  
gant,

gan  
gn  
&  
Vi  
vin  
uin  
om  
tel  
an  
esse  
pro  
Da  
ten  
De  
ma  
an  
gel  
der  
gu  
tis  
cas  
ter



gant, stabiliendo in se & aliis re-  
gnum Dei, quod quia vim patitur,  
& violenti rapiunt illud cum  
Virtutibus per ardua & aduersa  
virili invictâq; fortitudine ad Di-  
vinitatis imitationem contendant,  
omnesque rebelles furias cum Po-  
testatibus suppeditent & subjici-  
ant; Tales denique ad proximum  
esse procuras, ut cum Principatibus  
pro dignitate suæ vocationis quasi  
Duces se præbeant reducendo gen-  
tem convulsam & laceratam ad  
Deum suum Principium & ulti-  
mum finem, ac proinde cum Arch-  
angelis indefessè universis Evan-  
geliū pacis annuncient, cū Angelis  
deniq; pro viribus suis omnes & sin-  
guli per exercitia pietatis, charita-  
tis, & misericordie viscera, Angeli-  
cas sedes instaurare non desistant.

Hæc sunt, Reuerendissime Pa-  
ter, bona profectitia filiorum tuo-  
rum,

Christus a-  
pud  
Marth,



rum, hac sunt pauperum diuitia,  
quas velut Iliadem in nuce in breui  
hoc hexamero propositas eò dignare  
oculo, quo serenas omnia; eà fronte  
qua tractam è calo modestiam re-  
fers; eo vultu, quo mansuetudinem  
Christi spiras & lenitatem. Ita  
Te Deus Optimus Maximus ad  
majorem sui Nominis gloriam, or-  
dinis Seraphici fulcimen Prouinci-  
arum Tibi creditarum, presertim  
nouiter rediuiua Prouincia Thu-  
ringia S. Elisabethæ incrementum  
in plenitudine annorum saluum &  
incolumem seruet. Ita vouet

Reuerendissimæ Pater-  
nitatis Tuæ

Humillimè obediens filius

F. FRIDERICUS STUMELIUS,

BE  
cu  
Nosti  
Script  
compr  
est ub  
quam  
tis ce  
excog  
nos f  
menf  
tam,  
script  
Me a  
gladia  
diè

Cura



*Ad Lectorem.*

**B**enevole Lector : lege me  
cum intellectu & iudicio.  
Nosti, sin minus; intellige:  
*Scriptura est sphaera disciplina in-*  
*comprehensibilis, cujus centrum*  
*est ubiqz, circumferentia nus-*  
*quam, quam DEUS unò men-*  
*tis cernit in ictu secundum*  
*excogitabiles intelligentias,*  
*nos secundum modulum &*  
*mensuram cuius à DEO da-*  
*tam, ex qua disputationem*  
*scripsi, non Commentarium,*  
Me absente noli mecum di-  
gladiare, sed prodi in arenam  
diè, locò & horâ statis in  
frontispicio.

*Cum facultate superiorum.*

**ER.**



❧❧❧❧❧

## ERRATA.

Pag. 12. bap<sup>t</sup>imum lege Bap<sup>t</sup>ismum.  
p. 30. lin. 7. virtute lege unitate. p. 42.  
l. 1. præcesset, lege præcesser. p. 46. l. 7.  
hominum, leg. hominem. p. 55. l. 4.  
Jurisdictiones leg. Jurisdictionis. p. 61.  
l. 12. fide l. fide. p. 65 l. 10. exocit. l. ex-  
orcistatus. l. 13. osteriat. l. ostiariatus.  
p. 67. l. 13. describas, l. describes. p. 69.  
l. 3. sicut, l. sicut. p. 72. l. 17. Areopapi-  
gita. l. Areopagita. p. 78. l. 6. subjectus,  
l. subjectio. p. 87. l. 9. ratihibitio, l. ra-  
tihabitio. p. 90. l. 12. ingungi, l. injun-  
gi. p. 95. l. 3. probabilbus. lege proba-  
bilis. p. 208. l. 8. matrimoni l. matrimo-  
nii item l. 13. nequea l. nequeat.  
p. 216. l. 11. adimplere l. adimplere.  
p. 239. l. 2. remorior l. remotior. item  
l. 8. addenditur l. attenditur. item l. 12.  
pradus l. gradus. item l. 22. consanguine-  
ps. l. consanguineos. pag. 240. l. 9.  
Capula. l. copula. item l. 10. inolpsivè  
dxntaxat. l. inclusivè dumtaxat. item  
l. 11. consanguinifatis l. consanguini-  
tatis. p. 248. septinarius leg. septena-  
rius.

Cœtera, si quæ irreperint errata,  
Lector corrigat & ignoscat typo-  
thetarum incuriæ ac inscitia,

RE-





## RESERATIO PRIMA.

*Mysticè ostenditur hominis creatio, prevaricatio & à DEO separatio, ejusq; miseratio ex Gen. 1. cap. vers. 1. 2. 3. & 4.*



*In principio creavit* <sup>versu 1</sup> *Deus Cælum & Terram. Angelum videlicet & hominem: illum; Spiritum fecit incorruptibilem: hunc; corporeum & corruptioni subditum, vtrumq; justitiâ originali conspicuum: tulit autem Dominus* <sup>Gen. 2.</sup> *Deus hominem & posuit eum in* <sup>v. 15.</sup> *paradiso voluptatis, ut operaretur, & custodiret illum, non principando duntaxat piscibus maris, volatilibus cœli & bestiis*

A

ter-



terræ, sed primordiale exercendo ingenuitatem in cognitione Creatoris sui, ipsum ut solum summum Bonum (non ponium) & velut vltimum finem amaret, amando posteritatem salvaret. Ast terra spiritui conferta adhuc in infantiâ suâ per prævaricationem *versu 2. erat inanis & vacua & peccatorum tenebræ erant superfaciem abyssi* humanæ ruinæ, dividentes hominem à DEO quem nemo filiorum Adæ, nullus peccati servus in umbrâ mortis constitutus facialiter speculari potis erat. Igitur *Spiritus Dei*, ob infinitam sui perfectionem nesciens amoris metâ ad complacendum in iis, quæ fecerat, subjectivè quodammodo necessitatus *ferebatur super aquas hu-*

hum  
 cum  
 tio c

RE

Opu

G

sig

tr

na

ru

E

sple

ejus

natu

inte

prin

supe

lumi

nien

Chr



humanæ submersionis : hinc  
cum miseratione cœpit opera-  
tio divina : *dixitq; Dēus: fiat lux.* versu 3.

## RESERATIO SECUNDA.

*Opus primæ diei 4. 5. & 6. versu.*

*Gen. 1. expressum, mysticè de-  
signat primam medicinam con-  
tra lapsum, Remedium scilicet  
natura, idq; fuisse Sacramen-  
tum propriè dictum.*

**E**T facta est lux, in hemisphæ-  
rio mundi rationalis, suo  
splendore Adam & succedaneos  
ejus plenissimè illuminans: or-  
natus ergo mundi (microcosmū  
intellige) ad sui reparationem  
primordia sumpsit à luce fidei  
supernaturalis in eum, qui *it-  
luminat omnem hominem, ve- Joan. 1.  
nientem, in hunc mundum, v. 9.*

Christum videlicet verum



v. 4.

Messiam in carne venturum,  
 Non potuit esse dies prima sine  
 istâ luce, in qua sibi complacu-  
 it DEUS, nam *vidit quod esse bo-  
 na, & divisit lucem à tenebris* in  
 hemisphærio intellectuali, se-  
 cundum utramq; superiorem  
 portionem mentis & volunta-  
 tis, quam alioqui caligo noctis  
 peccati, salvô, in facultate ani-  
 mæ alterâ, lumine fidei, occu-  
 pare nihil prohibet, etenim fi-  
 dei claritatem in Messiam nul-  
 latenus expaverunt tenebræ  
 peccati Originalis: lux ista to-  
 tum itaq; hominem fidei & gra-  
 tiæ sanctificantis irradiavit ful-  
 goribus, meritoq; *Deus appella-  
 vit lucem diem & tenebras no-  
 ctem*, quæ in justis secundum  
 ullam portionem simul stare  
 nequit cum luce sanctificante,  
 cujus

v. 5.

cujus  
 ex o  
 omni  
 vel  
 vultu  
 ritua  
 natu  
 quid  
 fidei  
 signi  
 nobi  
 prot  
 divi  
 signi  
 vim  
 cred  
 lute  
 ræ à  
 R  
 Com  
 b



5.

cujus splendore in lege naturæ  
ex opere operato venustantur  
omnes, non solum adulti, viri  
vel mulieres, sed & eorum par-  
vuli, præsertim cum essent mo-  
rituri mediante Remedió legis  
naturæ, quod proinde vanè  
quidam asserunt fuisse solum  
fidem interiorem, quin potius  
signum aliquod externum (et si  
nobis secretum) fidei internæ  
protestativum ac gratiæ, quam  
dividebat Deus à tenebris tum  
significandæ, tum efficiendæ  
vim habens, proprieq; dictum  
credimus Sacramentum ad sa-  
lutem viatorum in statu natu-  
ræ à DEO designatum.

### RESERATIO TERTIA.

*Completur dies prima. Malitia  
hominum morte mulctatur*

*A 3*

*per*



*per diluuium. Inchoatur dies mundi altera.*

**D**iscretione tenebrarum peractâ, factû est vesperè & manè dies unus. Oberrantes huius diei horæ, quas volubiles hominum omnium ab Adam ad Noë vitas nuncupo, in horologio liberi arbitrii à Syndereseos gnomone supra modum

Gen. 7.  
v. 5.

dissonabant ; *Vidit Deus quod malitia multa esset in terra, & cuncta cogitatio cordis esset ad malum omni tempore & c. delebo, malorum vindex Deus, hominem, quem creavi à facie terre; Terra, dixit, hanc nimirum ruptis cæli cataractis notus ille cataclysmus universim decircinans, jubente Deo, ita exanimavit, ut revera factum sit propter macularum nigredinem*

*ve.*

vesp  
nè d  
Noë  
gnat  
man  
jam  
cant  
sper  
case  
die  
ad  
orfa  
firm  
sem  
dix  
sum  
dat  
us  
qua  
qua  
jan



*vesperè* univèrsæ carnis, & *manè*  
*dies unus* ab Adamo usq; ad  
 Noëmum. Per *vesperè* defi-  
 gnatur principium noctis, per  
*manè* principium diei, ergo,  
 iamjam *aquarum* lingua de-  
 cantat: quod si inter aquas *Ve-*  
*esperè* mundi infantiam necat,  
 easdem inter aquas *manè* mun-  
 di effert adolescentiam à Noë  
 ad Abrahamum, imò mundi  
 orsam juventutem in Abraham  
 firmamentò Deus obfigillat  
 sempiternò; lege & intellige:  
*dixit quoq; Deus: fiat firmamen-*  
*sum in medio aquarum* & divi-  
*dat aquas ab aquis. Et fecit De-*  
*us firmamentum, divisitq; aquas,*  
*que erant sub firmamēto, ab his,*  
*que erant super firmamentum:*  
 iam sit

RE.



## RESERATIO QUARTA.

*Opus secundæ diei Symbolicè demonstrat circumcissionem, eamq; esse Sacramentum propriè dictum, definitur.*

**D**ictum; factum: factum? O Pagane! ergo non est Deus, hic enim per esse à se constituitur, sed firmamentum secernens inferna à supernis, quod in mysticâ intelligentiâ congruenter indigitat Circumcisionis mysterium, quæ dividebat in lege scriptâ sordes à munditiâ, Religionem veram à falsâ, aquas peccati originalis sub firmamento, ab aquis gratiæ supernaturalis, que erant supra firmamentum. Quid ergo amplius Judæo est? aut que utilitas circumcissionis? multum per omnem modum, profectò, non enim

ad  
Rom.  
3. 1.



enim fuit circumcisio infirmū  
 & egenum elementum, uti  
 cœteri Judæorum ritus & my-  
 steria, sed *firmamentum* quasi  
 ære sempiterni fœderis fufum  
 solidissimô: *boc est pactum me-* Gen. 17  
*um quod observabitis inter vos* v. 10.  
*Et me, Et semen tuum post te cir-*  
*cumcidetur ex vobis omne ma-*  
*sculinum Et c. ut sit in signum fœ-* v. 11.  
*deris inter me Et vos; quid est,*  
*ut sit in signum fœderis? ut sit*  
 stabilis ac solemnis ad cultum  
 Dei religiosum, hominumque  
 sanctitatem à Deo ordinata ce-  
 remonia, per quam in uno no-  
 mine Religionis conveniens  
 stirps Abrahæ sanctificaretur,  
 & Deum suæ Religionis Au-  
 thorem profiteretur. Fuit pro-  
 inde circumcisio verum ac  
 propriè dictum Sacramentum



deleat originale peccatum,  
causansque ex opere operato  
gratiam sanctificantem, quin  
Scriptura, Concilia & Patres  
nobis adversentur, sed lege re-  
fer. seq.

### RESERATIO QUINTA.

*Circumcisionis obligatio. Stat re-  
spectivè Remedium legis na-  
tura. Utrumq; extinguitur in  
Christo, & fit Vespere & ma-  
nè dies secundus.*

**C**ircumcisio masculis He-  
bræorum, quibus licitè &  
commodè adhiberi poterat, ne-  
cessaria fuit necessitate mediij,  
*Masculus enim cuius preputij ca-  
ro circumcisa non fuerit, delebi-  
tur anima illa de populo suo, quia  
pactum meum irritum fecit. Re-  
sponde, si potes, cur ipse Isaac,  
ait, S. Augustinus l. 3. contra*  
Ju-

v. 14.  
cod.

Julia  
pecc  
tis C  
vo d  
de p  
cur  
ab b  
retu  
min  
qua  
gen  
ciat  
circ  
diu  
pro  
run  
vur  
fu,  
ber  
fer  
tius  
Vic



## II.

Julia. 18. & l. 5. c. 9. de gratiâ & peccato originali, nisi baptis-  
 tis Christi signo circumcissus octa-  
 vo die fuisset, periisset anima eius  
 de populo suo? explica, si potes;  
 cur tantâ poenâ plecteretur, nisi  
 ab hoc tanto Sacramento libera-  
 retur. DEUS vult omnes ho-<sup>1. Tim.</sup>  
 mines salvos fieri, nec ullo un-<sup>2. V. 4.</sup>  
 quam post lapsum statu, resur-  
 gendi destituit hominem sau-  
 ciatum remediô; quare post  
 circumcisionem durabat reme-  
 dium legis naturæ, non solum  
 pro parvulis masculis Judæo-  
 rum agonizantibus ante octa-  
 vum diem, & generaliter in ca-  
 su, quo circumcisio licitè adhi-  
 beri non poterat, sed etiam pro  
 fœminis, imò & masculis Gen-  
 tium, ut partâ contra diabolum  
 Victoriâ & chyrographô pec-  
 cati



cati originalis deletō, Deo Sa-  
 cramentorum unico Authori  
 (nam alius esse non potuit)  
 consecrarentur. Tandem ver-  
 gente ad proveciorem mun-  
 dō ætatem & baptismō institu-  
 tō evacuata fuit circumcisio-  
 nis obligatio, ac paulo pōst ex-  
 tincta; & sic *factum est vespere*  
*& manē dies secundus.*

### RESERATIO SEXTA.

*Aquarum in unum locum Con-  
 gregatio &c. designat Bap-  
 tismum, ejus materiam remo-  
 tam, Mystrium SS. Trinitatis,  
 & Ecclesie Unitatem.*

**M**Ysticē Baptismum Christi  
*tertia diei demōstrat opera.*

Gen. I.  
v. 9.

*Dixit vero Deus: congregentur  
 aqua quae sub caelo sunt in locum  
 unum & appareat arida. Coo-  
 perta*

pert  
 qual  
 que i  
 gere  
 ita, ip  
 rium  
 cyus  
 na, fl  
 ta se  
 fe aq  
 tur,  
 pus,  
 non  
 fed u  
 loco  
 cong  
 unu  
 vit m  
 mar  
 Spiri  
 nis, i  
 est V



perta latebat terra & abyſſo  
 quaſi Inferis tradita, quoadus-  
 que in cavatiorem aquæ colli-  
 gerentur ſinum, *Et factum eſt*  
*ita*, ipſa ergo aqua ſenſit impe-  
 rium Factoris ſui, & quanto-  
 cyùs fontes labuntur in flumi-  
 na, flumina coëunt in freta, fre-  
 ta ſe exonerat in maria, ipſa ſe-  
 ſe aqua præcedit, urget & ſequi-  
 tur, unus eſt ductus, unum cor-  
 pus, unus illi locus; igitur jam  
 non multæ *congregationes*  
 ſed una in uno, ut Deus juſſit,  
 loco: quid ergo in plurali, vox  
*congregationes?* quas loci unius  
 unum locatum Deus appella-  
 vit *maria*? diſce myſterium:  
*mare* Pater, *mare* Filius, *mare*  
 Spiritus ſanctus, Tres in perſo-  
 nis, in naturâ Unus; plurali, qui  
 eſt *Unitas*, *numero Deus imparc*  
 gau-

gau-



gaudet, scitè ait Virgilius; in so-  
lâ Vnitate cum Trinitate per-  
fectio: Vnitas *Apollo*, binarius  
*lis & audacia*, ternarius *justitia*,  
eccè *aquarum congregationes*,  
non tamen multæ, sed una, sci-  
licet elementaris ista & natura-  
lis, contactu Christi in Jordane  
pro materiâ dedicata baptizan-  
dis, sub hac mysteriosè Symbo-  
lizata vel æquivalenti formâ:  
*Ego te baptizo in nomine Pa-*  
*tris & Filij, & Spiritus S.*, He-  
bræis & Gentilibus non utique  
plures, sed unam Sanctam, Ca-  
tholicam, & Apostolicam, per  
hoc lavacrum ingredientibus  
Ecclesiam sub uno summo Ca-  
pite, quod est hodiè Alexander  
VII. Pontifex Romanus, Christi

ad Eph. in terris Vicarius. *Unum cor-*  
*pus & unus Spiritus, una fides,*

*unum*



*unum baptisma. Et vocavit De-<sup>v. 10.</sup>  
 us aridam terram. O gratio-  
 sum oraculum! Ecclesiam à sæ-  
 culi fluctibus aridam, vocat  
 Symbolicè terram (terra nam-  
 q; stabilitatis hieroglyphicum  
 est) de suà firmitate nunquam  
 naufragantem sed melle & la-  
 cte cœlesti jugiter manantem:  
 congregationesque aquarum  
 quas Christus infinità regene-  
 randi virtute fœcundavit, ap-  
 pellavit maria, nimirum gratiæ  
 & meritorum JESU CHRISTI Sal-  
 vatoris nostri: Unde tanta vir-<sup>S. Aug.</sup>  
 tus aque? tangit corpus, lavat  
 animam. Quid dicis hæretice?  
 aqua est, lavat, non radit; mun-  
 dat, non tantum non imputat,  
*Ezech 36. ad Tit. 3. ad Rom 8. ad  
 Ephes. 5. Act. 2. Trid. Sess. 5. in  
 decreto de peccato Origin. 5. Sess.  
 14. c. 2. nescit gratia larvas.**



## RESERATIO SEPTIMA.

*Assignatur Materia proxima Baptismi & cœtera ad ejus substantialem integritatem requisita.*

v. 10. **E**T vidit Deus quod esset bonum: Bonum inquit JC: est ex integrâ causâ, malum ex quovis defectu; *bonum* ut cognovit, certè integritatem laudavit: ea, quò ad hoc Sacramentum Baptismi, consistit in conjunctione materiæ remotæ ad proximam, quæ est ablutio unius, vel etiam plurium, baptismi capacium, per formam enuncianda cum expressione Unitatis Divinæ Naturæ ac cum explicitâ & distinctâ Invocatione Trium Personarum Sanctissimæ Trinitatis facta à legitimo



timo ministro, qualis esse po-  
 test omnis homo viator, com-  
 pos rationis; Ordinarius tamē  
 est solus Sacerdos, ex commif-  
 sione Diaconus. Existente ne-  
 cessitate in eo conferendo hic,  
 est ordo servandus: Sacerdos  
 præferatur Diacono, Diaconus  
 Subdiacono, hic cæteris Cleri-  
 cis, Clerici Laicis, Vir fœmi-  
 næ, fidelis infideli, horum nec  
 fides nec sanctitas requiritur;  
 secus de intentione concludas,  
 quæ aut actualis, aut virtualis  
 sit, necesse est, relata objectivè  
 ad Christum, cui minister fun-  
 ctionem suam subordinans, etsi  
 sub inficialibus contrariè in-  
 tentionibus ludatur errore,  
 Sacramentum validè conficit.  
 voluntas in causâ etiam directè  
 intenta insufficientis est: inten-  
 tio



tio actualis optima, quæ ut plu-  
 rimum suppletur per virtua-  
 lem, sive illa sit virtus Spiritua-  
 lis consistens in confusioribus  
 & subordinatis ad talem finem  
 quibusdam actibus intelligen-  
 di & volendi, loco priorum  
 magis expressorum substituti  
 pergendo facultatem motri-  
 cem movere, & determinando  
 potentias inferiores ad tales a-  
 ctus, qui necessario ad sacra-  
 menti confectionem subordi-  
 nantur; sive sit impressio qua-  
 dam & dispositio in appetitu  
 sensitivo & phantasiâ, secun-  
 dum quam movet, cessante actu  
 voluntatis imperantis eis per  
 subordinationem, dummodo  
 homo sibi compos maneat, &  
 sequentes actiones continuatâ  
 serie, priori intentioni subser-  
 viant.

RE-



## RESERATIO OCTAVA.

*Efficacia Baptismi, aliorumq; Sa-  
cramentorum ex opere operato  
moralitèr gratiam conferen-  
tium. Indivus contrariè vel ne-  
gativè nihil accipit. Sublatà fi-  
ctiōe Baptismus reviviscit.*

**E**T ait: germinet terra herbam  
virentem & lignum pomife-  
rum faciens fructum suum &c.  
D. Thomas in I. Q. 47. art. I. c.  
producit, inquit, res Deus in esse  
propter suam bonitatem commu-  
nicandam & per eas represen-  
tandam, benè S. Doctor, nam, ego  
sum vitis vera, inquit Media-  
tor Dei & hominum Jesus Chri-  
stus, & vos palmites qui manet Joan.  
in me & ego in eo, hic fert fru-<sup>15. v. 5.</sup>  
ctum multum. O quam magnifi-  
cata sunt opera tua Domine,  
nimis profunda facta sunt co-<sup>Plal.</sup>  
gi-<sup>91. v. 6.</sup>



*gitationes tuae ! unius naturæ*  
 sunt vitis & palmites, in quo er-  
 go delicatius intima tuæ boni-  
 tatis ad finem nostrum super-  
 naturalem Symbolizatur com-  
 municatio, quàm in *germine*  
*terra? verè protulit terra her-*  
*bam virentem & lignum pomi-*  
*ferum, non per quod servi pec-*  
 cati facti sumus ad mortem, sed  
 redempti ad salutem : de hoc  
 ligno concinit Ecclesia : *arbor*  
*decora & fulgida, ornata Regis*  
*purpurâ, nulla Sylva talem pro-*  
*fert fronde, flore, germine : de*  
*hujus ligni semine justorum*  
 opera in divinâ acceptione  
 ad vitam æternam promeren-  
 dam frondent & florent, hujus  
 pomorum fructibus (quod ex  
 opere operato dicimus) Omnia  
 omnium statuum Sacramenta  
 gra-

inFesto  
 Exalt.  
 Invent  
 S. Cru-  
 cis.

gra-  
 et  
 in  
 sci  
 co  
 re  
 Ba  
 fer  
 cit  
 in  
 in  
 va  
 pe  
 me  
 pti  
 ctio  
 ro  
 pæ  
 ma  
 cu  
 tur  
 lis  
 Ba



gratiam Deificam infallibili,  
 et si morali causant efficientiâ  
 in non ponentibus obicem; sus-  
 cipiens enim negativè vel  
 contrariè involuntarius, nec  
 rem nec characterem, quem  
 Baptismus initerabiliter con-  
 fert, suscipit Sacramenti, suffi-  
 cit tamen si adultus habeat  
 intentionem habitualementem, imò  
 in uno vel altero interpretati-  
 vatantum, in parvulis & per-  
 petuo amentibus, nulla. Sacra-  
 mentum cum obice, V, G, Ba-  
 ptismus, positivâ susceptus fi-  
 ctione caret gratiâ, fictione ve-  
 rò sublatâ per Sacramentum  
 pœnitentiæ, cujus illa fictio  
 materia est, vel per contritionem  
 cum voto illius, reviviscit, quâ-  
 tum ad remissionem origina-  
 lis & omnium actualium, quæ  
 Baptismum præcesserunt.



## RESERATIO NONA.

*Baptismi necessitas. Infantes Judaeorum licitè baptizantur in vitis parentibus.*

**B**ENè optimè, & non ad infipientiam mundo Numen Æternum in hac *tertia diei* operâ penitus sibi complacuisse noster divinus testatur hystoricographus repetitò dicens :  
*Et vidit DEUS quod esset bonum* quidni, substantiæ integritatem paulò ante, hic usus approbat necessitatem? quod in oculis Divinæ Majestatis *bonum*, ejus privatio certè pessima : *Nisi quis renatus fuerit ex aquâ & Spiritu Sancto non potest intrare in Regnum Dei.* Sequitur ex asse: omnibus hominibus in re vel in voto, extrinsecum casum martyrij, baptis-  
 mus

V. 12.

Joan. 3.  
v. 5.

fm  
 Me  
 hac  
 Ch  
 cè  
 Eu  
 bib  
 le,  
 jus  
 tio  
 sine  
 trin  
 edu  
 run  
 tio  
 five  
 ve  
 nar  
 cha  
 gis  
 tius  
 x, q



finis est necessarius necessitate  
 Medij (adultis etiam præcepti)  
 hac pressi infantes Infidelium,  
 Christianis Principibus politi-  
 cè subditorum, clamant illud  
 Eunuchi: *Ecce aqua, quis pro-* A. Quæ  
*bibet me baptizari?* jus natura- 8. v. 36.  
 le, ais, & pietas in quâ fundatur  
 jus Parentis ratione propaga-  
 tionis: ergone obligat contra  
 finem ipsius propagationis Ma-  
 trimonialis, qui est cultus Dei,  
 educatio & procuratio medio-  
 rum ad salutem? de fide est, ra-  
 tio convincit, matrimonium  
 sive ut contractus civilis est, si-  
 ve ut Sacramentum, subordi-  
 nari ad finem supernaturalem  
 charitati, quæ est plenitudo le-  
 gis: anne servitus politica po-  
 tius præjudicet potestati patri-  
 æ, quam præceptum naturale  
 di-



divinum? illa invitis parentibus licitè facit baptizari infantes; jus divinum non? jus introductum jure politico aut Gentium surget supra naturale divinum, quod est fundamentum reliquorum? absit. Vestro ergo consensu Imperatores, Reges, Principes Innocentia & legum Dei Defensores Supremi, vestro, inquam, consensu hujusmodi parvuli, spectatò jure naturæ, licitè (de valore nemo dubitat) baptizantur, Vobis subduntur, non matri Ecclesiæ, quæ ad evitanda mala per accidens inde hic & nunc oritura, quibus caveri saltem ut plurimum posset, sustinet, abstinet, necesse est enim, ut multorum respectivè damnationis & salutis *fias vespere & mane dies tertius,*



## RESERATIO DECIMA.

*Ex quaternario dierum numero arte mysticâ ostenditur Christus in carne. Sol est typus Mysterij Eucharistia, quam clarè docent Scriptura.*

**Q**uaternarium numerum Antiquitas sacra ignem appellabat, & fontem æternæ vitæ, indeq; Pythagoricum juramentum suum mutuabat vigorem:

*Juro ego per sanctum purâ tibi mente quaternum*

*Æterna fontem naturæ, animiq; Parentem.*

Scitè magis perspicax Christianæ Theologiæ sagacitas Ignem agnoscit in quaternario, quem attigimus, dierum numero, Ignem profectò, qui non comburit, & fontem æ-

B

ternæ



terna vitæ CHRISTUM JESUM :  
 numerus Quaternarius enim  
 1. 2. 3. 4. perfectissimè conti-  
 net denarium, denarius verò  
 indigitat Christum, qui nobi-  
 scum in carne conversans pro  
 denario, operarios vineæ con-  
 duxit; igitur quartò die, quia  
 quaternarius denarium im-  
 plet, id est, Christum prius in  
 esse naturæ & simpliciter, de-  
 inde esse sacramentali signifi-  
 cat, *fecit Deus Luminaria, ut  
 essent in signa & tempora & dies  
 & annos: Luminare majus fe-  
 cit, quod omni fuit tempore  
 in signum & hieroglyphicum  
 Filij DEI, (Plato solem visibi-  
 lem Dei filium vocavit; Pytha-  
 goræi simulacrum Creatoris;  
 Scriptura: resplicuit facies ejus  
 sicut sol: ) in signum, inquam,*  
 Ino

Matth.  
20. v 2.

v. 14.

Teste  
Bon-  
go de  
termo  
fol. 88.  
Paul.  
Scalig.

Ino  
sua  
ver  
ptic  
bisc  
in E  
Dec  
fun  
bilit  
ni A  
cum  
scol  
Qui  
mur  
pani  
vini  
tem  
rio  
jam  
CO  
TA  
que



Incarnationis, *tempus* divinae  
 suae nobiscum in carne con-  
 versationis, in *diem* Redem-  
 ptionis, in *annos* gratiosae no-  
 biscum usq; ad finem Mundi  
 in Eucharistia permansionis;  
 Decumanum testem Diony-  
 sium Areopagitam audi: visi-  
 biliter in *Caelo* tempore *Octaviae*  
*ni Augusti* apparuit, inquit, *Sol*  
*cum corona tritici spicis & ver-*  
*ficoloribus exornatâ circulis.*  
 Quid hoc prodigiorum maxi-  
 mum, nisi circulares triticeae  
 panis hostias & versicoloris  
 vini species, Archetypum *so-*  
*lem* in SS. Eucharistiae myste-  
 rio continentes portendit?  
 jam nullum ænigma: HAC  
 CONSCIA NVMINIS Æ-  
 TAS, *Indisibilia ipsius, per ea*  
*qua facta sunt, & per ea, quæ*

1.4.E-  
 pistem.  
 Matth.  
 17.v.20

ad Rō.  
 1.20.

B 2

ab



ab ipso Christo Domino Joann.  
 6. à v. 51. ad 58. Matth. 26. v. 26.  
 & 27. Mar. 14. v. 22. & 23. pra-  
 dicata sunt, & ab Apostolo 1. ad  
 Corinth. 10. v. 16. & c. 11. v. 23.  
 & seq. explicata sunt, intellecta  
 conspiciuntur, sempiterna quoque  
 ejus virtus & Divinitas, ita ut  
 inexcusabiles sint antiqui & hu-  
 jus temporis Sacramentarij,  
 quia cum cognovissent in vera  
 Ecclesia, quæ est columna & fir-  
 mamentum veritatis, Deum &  
 hominem in Sacramentali &  
 mirabili modo sub speciebus  
 panis & vini consecratis, non  
 sicut Deum glorificaverunt aut  
 gratias egerunt, sed evanuerunt  
 in cogitationibus suis, & obscu-  
 ratum est insipiens cor eorum,  
 & mutaverunt gloriam Incor-  
 ruptibilis Dei in similitudinem  
 puræ

1. ad Ti.  
 moth.  
 3. 15.



pura & pura figura & parabol-  
 larum umbram & tenebras  
 in ipso sole fingentes, a sinô  
 nostri S. Antonij de Padua he-  
 betiores. Sed abi hæretice cum  
 Core & Cain, aut crede *quid-*  
*quid dixit Dei Filius, nihil hõc*  
*Verbò Veritatis verius.*

### RESERATIO VNDECIMA.

*SOL Eucharisticus in hoc Sa-*  
*cramento adorandus Vnita-*  
*tem simul & Trinitatem an-*  
*nunciat presentem, esto per*  
*impossibile non esset ubiq.*

**T**antum ergo Sacramentum  
 veneremur cernui, & anti-  
 quum documentum Platonis &  
 Pythagoræorum, qui visibilem  
 Mundi solem adorabant, no-  
 po cedat ritui, in quo non figu-  
 ratè, sed ita verè, realiter &



Substantialiter Divinus SOL  
 Ecclesie Christus JESVS con-  
 tinetur cum corpore & san-  
 guine sub speciebus panis &  
 vini consecratis, quæ solum  
 sunt in recto Sacramentum  
 hoc, unum specie atomâ vir-  
 tute integritatis, ut sub mor-  
 tali, toties quoties omisio a-  
 dorationis censerî posset qua-  
 dam irreverentia aut virtualis  
 contemptus, cultu latriæ ado-  
 rari debeat. Corpus ponitur  
 sub specie panis quacunq, mi-  
 nimâ sensibili, etiam ante divi-  
 sionem, & sanguis sub specie  
 vini quavis etiam minimâ, ex  
 vi verborum tantum, per con-  
 comitantiam tamen & ipsum  
 corpus sub specie vini, & san-  
 guis sub specie panis, anima  
 cum omni scientia gratia &  
 glo-

glo  
 nis  
 sti  
 pr  
 ibi  
 ali  
 sta  
 an  
 Sa  
 Fi  
 de  
 ma  
 tit  
 sel  
 qu  
 set  
 cr  
 ni  
 &  
 ta  
 be  
 qu



gloria vi naturalis connexio-  
 nis ad partes substanciales Chri-  
 sti, qui amplius non moritur,  
 propter eandem vnionem est  
 ibi quoq; humanitas, propter  
 aliam supernaturalem hypo-  
 staticam vnionem ad corpus &  
 animam Divinitas, imò tota  
 Sanctissima Trinitas, Pater,  
 Filius & Spiritus S. adsunt ibi-  
 dem per concomitantiam, etsi  
 magis mediatam ratione iden-  
 titatis in natura & circumin-  
 sessionis cum Filio, adeò, vt  
 quanquam Divinitas non es-  
 set vbiq; adesset tamen in Sa-  
 cramento Eucharistiæ Divi-  
 nitas ob vnionem cum anima,  
 & consequenter ratione Dei-  
 tatis tota Sacrosancta & super-  
 benedicta Trinitas. Corpus,  
 quod per formam hic signifi-  
 catur



catur, est compositum ex materia primâ & formâ corporeitatis substantiali, ex partialibus formis heterogeneis integrata.

RESERATIO DUODECIMA,  
*SOL Eucharisticus ex pane & vino in verbis consecratis efficitur; Actione transsubstantiativa.*

**P**ostquam Gen. 1. v. 1. creavit DEUS Cœlum & terram dixit die primò v. 4. fiat; die secundò v. 6. fiat; die quarto v. 14. fiant: & facta sunt lux, firmamentum ac luminaria in firmamento: quid videtur, an in præjacente materia? dico quod sic: Dixit VERBUM CARO: hoc est corpus meum; dixit: hic est sanguis meus: quid videtur, an corpus & sanguis  
 in



in præjacente materia panis & vini? practicè dubitas? practicè respondeo & dico, quod nō, (speculativè loquendo contradictoria tenet) tantus est enim inter substantiam panis & corpus Christi conflictus, ut repugnet manere panem hic vel etiam alibi extra species cum transubstantiationis Eucharisticæ termino ad quem, qui non est Christi corpus secundum essendi modum simpliciter in toto ambitu entis, id quod si per impossibile non esset in rerum natura, tanta nimirum inest efficacia formæ, nihil implicaret. Forma consecrativa panis, *hoc est corpus meum*; Calicis; *hic est sanguis meus* nunquā secundum Dialecticæ leges, ut vera, sed



neque ut falsa enunciatur, o  
 pauper Aristoteles! tantum  
 vera est in sola logica Verbi  
 Divini; *bis* & *boc* in formis de-  
 monstrant, nequaquam mate-  
 riam, quæ est panis & vinum,  
 ille; triticeus, hoc; de vite, al-  
 bum, rubrum ex utroq; mixtū  
 cuiuscunq; Regionis & Natio-  
 nis, etsi vinum ab alio foret  
 specie distinctum, in alia au-  
 tem diversa aut substantialiter  
 alterata materia velle confice-  
 re corpus & sanguinem Do-  
 mini nostri IESU Christi, infan-  
 dum scelus est, & nefandum  
 sacrilegium. Ipsa modica a-  
 qua non Sacramenti, sed præ-  
 cepti necessitate, latici sacro  
 affusa, in vinum conversa, seu  
 mediata transit in sanguinem.

RE.



RESERATIO DECIMA  
TERTIA.

*SOL Eucharisticus fit hostia & sacrificium novæ legis. Et an si miraculosè species Christi appareat, videatur ipse Christus?*

**C**ORPUS & sanguis Christi consecratione taliter immutantur, ut nõ quidem physicè & absolutè Christus in sua destruatur entitate, sed moraliter & humano modo, eatenus enim corpus Christi & sanguis constituuntur sub speciebus panis & vini, ut amittant omnes vsus activos & passivos humani corporis, id est, accipiant modum sacramentalem & admirabilem (quæ est præsentia ad species non unio ad illas) neq; ad aliter serviant,  
B 6 quàm



quàm ad quod fervire solent  
 panis & vinum, quorum acci-  
 dentia absoluta, in Sacramen-  
 to sine subjecto remanentia,  
 possunt exercere easdē actio-  
 nes tam reales quàm intentio-  
 nales, quas poterant, dum  
 adhuc erant in subjecto ;  
 quare etsi substantiam suam  
 illasam retineant, ideoq; non  
 pereant absolutè, nobis tamē  
 quodammodo imò multò ma-  
 gis, quàm vinū in terram pro-  
 fusum, aut res in mare proje-  
 cta, pereunt, cum Christus in  
 hoc Sacramento neq; possit se  
 ipsum organicè movere, nec  
 moveri ab alio, ne Angelo  
 etiam, non per accidens qui-  
 dem ; neq; oculo corporeo  
 potest videre se vel circum-  
 stantes, nec videri ab illis, quin

&  
 —

& ly  
 vide  
 Pot  
 visio  
 est i  
 nos  
 fe,  
 Inte  
 allig  
 par  
 pot  
 hoc  
 met  
 ctus  
 Am  
 lum  
 ritu  
 mn  
 fi C  
 lom  
 cier  
 alia



& Lynceus è libycanâ speculâ  
 videns tremefit & cœcutit, de  
 Potentiâ tamen absolutâ DEI  
 visionem corporis Christi, ut  
 est in hoc Sacramento in oculo  
 nostro cœcigeno, causari pos-  
 se, mihi omninò certum est.  
 Intellectus intelligendo non  
 alligatus sè sibus, ut animæ se-  
 paratæ beatæ, Angelicus &c.  
 potest videre Christum sub  
 hoc Sacramento, atq; ipse-  
 met Christus potest elicere a-  
 ctus merè intellectuales, loqui  
 Angelis, eosq; spiritualiter il-  
 luminare, similiter oculo spi-  
 rituali intellectus videt o-  
 mnia, quæ circa se fiunt. Quid  
 si Christus Ministro vel popu-  
 lo miraculosè secundum spe-  
 ciem appareat humanam vel  
 aliam, quæ non importat cor-  
 rupti-



ruptibilitatem contra naturam corporis gloriosi? probabile quidem facit Alensis & alij re ipsâ videri Dominum, & certè possibile est ita fieri, sed credimus probabilius non videri ipsum Christum Dominum: factâ item, vi miraculi, substantiali specierum mutatione (idem est si fieret naturaliter) ut non maneret sub illis, si adessent, panis, vinum, neq; manebit amplius corpus & sanguis Christi.

RESERATIO DECIMA  
QVARTA.

*SOL Eucharisticus præest dici gratia, illuminat in instanti & conjunctos sibi mirificis illustrat benedictionum radijs.*

**S**acramentum Eucharistiæ non confert per se primam  
gra

grati  
tum  
testa  
mor  
sion  
ctita  
risin  
per  
lenc  
dien  
luci  
qua  
ti c  
ergo  
nar  
age  
cist  
pri  
cie  
stel  
Pla  
mu



gratiam, seu non est ordina-  
 tum ex fine institutionis in po-  
 testatem *noctis* peccatorum  
 mortalium, cōferendo remis-  
 sionem eorum & primam san-  
 ctitatem, censemus tamen ve-  
 risimile esse, quod interdum  
 per accidens, mortales dispel-  
 lendo tenebras, primæ gratiæ  
*diem* inducat & probabiliter  
 lucidiorem sub utraq; specie,  
 quam sub vna & hoc in instan-  
 ti completæ manducationis.  
 ergone vis ab hoc *Sole* illumi-  
 nari, vel ut melius dicam, ab  
 agente DEO pro ratâ capacita-  
 tis humanæ Deificari? suspice  
 primò syderum luminosas a-  
 cies, nunquid stella differt à  
 stella in claritate? conspice  
 Planetarū orbes, nonne plus  
 mutuunt luminis ob imme-  
 dia.

dia.



diatorem cum fonte luminis  
 conjunctionem *Venus* quàm  
*Mercurius*, *Mars* quàm *Jupiter*,  
 ipse quàm *Saturnus*, qui nem-  
 pe remotissimus luce perfun-  
 ditur hebetissimâ ? ita anima  
 quæ per amoris ardorem, fre-  
 quentior Sacramenti pa-  
 stum, ac innocentia custodiã  
 divino huic Soli arctius colli-  
 gatur, ô quàm largis eam Chri-  
 stus cumulat spiritualium do-  
 norum benedictionibus ! *nec*  
*lingua valet dicere, nec litera*  
*exprimere, quid sit Sacramen-*  
*talem hunc pastum diligere,*  
 qui ex fine suæ institutionis  
 non duntaxat gratiam auget,  
 roboratq; sævientem legem  
 atq; æstum membrorum se-  
 cundum inferiorem portio-  
 nem, vtpote peccati originalis  
 ine.

ine  
 gera  
 lia d  
 de 8  
 igne  
 ince  
 Chri  
 stræ  
 glor  
 etio  
 sis fr  
 tes n  
 fecu  
 cium  
 stum  
 min  
 thol  
 epub  
 sine  
 bore.  
 Ec.  
 rum



inevitabilem sobolem, refrigerat, mortalia cavet, venialia diluit; sed etiam majori fide & devotius masticantem igneis inflammat desideriorum incendiis *ad dissolvi & esse cum Christo*, & tandem carnis nostrae unionem cum Christo & gloriosam operatur resurrectionem, tantis & tam gratiosis fructibus indignè accedentes non solum privantur, sed secundum Apostolum: *judicium mortis incurrentes reperiuntur* 1. Cor. 2. v. 27. *stunt corporis & sanguinis Domini*, de his id Judæ in sua Catholica dici potest: *hi sunt in epulis suis macula, convivantes sine timore, nubes sine aqua, arbores autumnales, bis mortua* Judæ v. 12. & 18. *&c. quibus procella tenebrarum reservata est in æternum.*

Ni-



Nihilominus indigno quando indignitas est occulta, publicè petenti administrari debet &c.

## RESERATIO DECIMA QVINTA.

*DEUS nocti fidelium, id est, fidei essentialiter obscura præfecit Principatum Lucis hierarchicum Luminare minus, quod sine periculo errandi illuminat Ecclesiam, ut in nocte fidei omnia in luce clarescant.*

**E**T luminare minus ut præces-  
set nocti, & stellas & posuit  
in firmamento Cœli, quod est  
Ecclesia, non illa superna &  
Triumphans Sanctorum, luce  
& luminis claritate indefecti-  
biliter plena, nesciens vicissi-  
tudinem noctis: sed altera,  
quæ

quæ  
tum  
& vi  
rum  
fiar  
port  
pan  
huic  
nar  
prof  
nen  
re m  
fulg  
juba  
tem  
hon  
fion  
(de  
gina  
habe  
spec  
esse



quæ est *columna & firmamen-* 1. ad  
Tim. 4.  
*tum veritatis*, militans scilicet  
 & visibilis, cui nulla reprobo-  
 rum perduellio, nullus hære-  
 siarcharum furor, nec ipsæ  
 portæ infernales cum totâ suâ  
 panopliâ prævalere possunt:  
 huic Christus Syderum Mo-  
 narcha à fine usque in finem  
 prospiciens, suaviterq; dispo-  
 nens omnia, præfecit *Lumina-*  
*re minus* divinum nimirum ac  
 fulgentissimum Hierarcharū  
 jubar, *ut præset nocti* præsentis  
 temporis, in quo nulli vnquã  
 hominum licuit per *diem* vi-  
 sionis intuitivæ videre Deum,  
 (de Virgine sine peccato ori-  
 ginali concepta nullam volo  
 habere *Quæstionem*) sed in  
 speculo & ænigmate per fidem  
 essentialiter obscuram abstru-  
 sissima



fiffima Myfteriorum abdita,  
 quali per *noctem* respectu vi-  
 fionis beatificæ prorfus um-  
 brofam, nullo tamen modo  
 terrificam contemplatur, in  
*nocte* ista *stella*, quas posuit in  
*firmamento* Ecclesiæ suæ Re-  
 demptor noster Christus, luci-  
 dissimis micant fulgoribus, de  
 quibus dicitur: *Beati* pauperes  
 spiritu; quoniam vestrum est  
 Regnum Cœlorum. *Beati* mi-  
 tes, quoniam vos possidebitis  
 terram. *Beati*, qui esuritis & si-  
 titis iustitiam, quoniam satu-  
 rabimini, cum apparuerit glo-  
 ria eius. *Beati* mundo corde,  
 quoniam vos Deum, post cen-  
 tricas fidei rimulas, videbitis  
 sicuti est, facie ad faciem;  
 post hanc *noctem*, *Beati* pacifi-  
 ci, quoniam filii DEI vocabi-  
 mini

min  
 runi  
 tem  
 dum  
 sang  
 carn  
 sede  
 lice  
 den  
 in o  
 bon  
 ranc  
 gum  
 erge  
 scur  
 hab  
 resca  
 inf  
 in su  
 châ,  
 jugi  
 Hie  
 illi



mini, quotquot autem recepe-  
 runt eum, dedit eis potesta-  
 tem filios Dei fieri, his qui cre-  
 dunt in nomine ejus, qui non ex  
 sanguinibus, neq; ex voluntate  
 carnis, neq; ex voluntate viri;  
 sed ex Deo nati sunt. Beati, fe-  
 licesq; qui Primæ Veritati cre-  
 dendo, intellectum captivant  
 in obsequium fidei futurorum  
 bonorum, quia fides est spe-  
 randarum substantia rerum ar-  
 gumentum non apparentium,  
 ergo obscura quidem, ast ob-  
 scurum spei & charitatis non  
 habet, sed omnia in luce cla-  
 rescunt Spiritus S. immobilem  
 infallibilitatis sedem figentis  
 in supremo Ecclesiæ Hierar-  
 châ, qui citra erroris periculû  
 jugi Spiritus S. Assistentiâ in  
 Hierarchiam influuit, eâq; me-  
 di-

Joh. 5.

v. 12.

&amp; seq.

Heb. 11.

v. 1.



diante, amulâ illuminationis  
ad cœlestes hierarchias clari-  
tate, cœteros cunctos fideles  
illuminat, purgat, & ad Divi-  
nitatis similitudinem pro ratâ  
& proportionaliter adducit,

RESERATIO DECIMA  
SEXTA.

*Hierarchicum Ecclesie Jubar  
plenius describitur, & in suos  
secatur radios seu species.*

**H**ierarchiam Ecclesiasticâ  
Magnus Dionysius Arcopag.  
delineat c. 3. Cœl. Hierach. Hier-  
archia, inquit, est ordo sacer &  
scientia & actio Divinitatis simi-  
tudinem, quantum potest, ef-  
fingens, & ad illustrationes divi-  
nas sibi inditas pro ratâ & pro-  
portionaliter in Dei similitudi-  
nem ascendens: accipe sequen-  
tem

tem  
chia  
archi  
tia &  
sto in  
nem  
vanti  
cens &  
action  
milit  
portio  
finio  
scas t  
videl  
bus I  
impro  
archi  
divid  
3. fun  
vem  
rituu  
quæ f



tem nostræ à Cælesti hierar-  
 chia mage distinctivam; Hier-  
 archia, est ordo sacer & scien-  
 tia & actio in lege nova à Chri-  
 sto instituta, per ejus imitatio-  
 nem, & preceptorum obser-  
 vantiam, ad charitatem addu-  
 cens & secundum hierarchicas  
 actiones sibi inditas ad DEI si-  
 militudinem pro ratâ & pro-  
 portionaliter ascendens. De-  
 finio Ecclesiasticam, ut agno-  
 scas triplicem esse hierarchiâ,  
 videlicet *Divinam* quæ in tri-  
 bus Personis constituitur &  
 impropiè nuncupatur hier-  
 archia; *Angelicam*, quæ in tres  
 dividitur, in quarum singulis  
 3. sunt Ordines, adeoq; ex no-  
 vem conflatur Ordinibus Spi-  
 rituum Cælestiû, & *Humanam*,  
 quæ similiter in tres dividitur,



naturalem, Mosaicam atque  
 Evangelicam, de hac vltima,  
 cuius lumen participamus,  
 nobis in proposito, & in tres se  
 effert species: *prima*, latè sum-  
 pto hierarchiæ nomine, hier-  
 archia chrismatum dicta, re-  
 peritur in illis, qui se virtuti-  
 bus ac propriâ sanctificatione  
 perficiunt, scientiâ & actioni-  
 bus sacris salutem animarum,  
 Deiq; honorem & gloriam ar-  
 denter procurant, aut saltem  
 procurare intendunt. *Secun-  
 da*, & propriè dicta Hierarchia,  
*Jurisdictionis* appellata, re-  
 peritur inter Personas Eccle-  
 siasticas, habentes subditos in-  
 cipiendo à Vicariis perpetuis,  
 Curatis & aliis Ministris Ec-  
 clesie vsq; ad Papam primum  
 Hierarcham, in omnes alios

Hier

Hier  
 dictio  
 in spe  
 sacer  
 sacra  
 man  
 & D  
 cens.  
 hiera  
 veni  
 Ord  
 dend  
 Ord  
 sunt  
 pos.  
 talis  
 spect  
 Sup  
 tur,  
 in al  
 aliqu  
 pien



Hierarchias supremam Jurisdictionem possidentem; hæc in specie definitur esse: *Ordo sacer in Ecclesia, per actionis sacre potestatem subditos ad mandatorum, observationem, & DEI similitudinem adducens.* Tertia & propriè dicta hierarchia est *Ordinis*, quæ invenitur inter illos, qui sacris Ordinibus sunt decorati, ascendendo per gradus diversorum Ordinum ab ijs, qui tonsurâ sunt insigniti vsq; ad Episcopos. *Prima*, quæ est impropriè talis, non nominatur per respectum ad inferiora, sed ad Superiora & divina, quæ patitur, respectu autem actionis in alios non exigit potestatem aliquam; sed tantum ad accipiendam eam apta est & ido-

C

nea



nea. *Secunda* prædita est potestate, sed tantum in actu primo. *Tertia* Hierarchizantes in actu secundo complectitur.

RESERATIO DECIMA  
SEPTIMA.

*Vnus est Supremus Hierarcha Alexander VII. cæteri Hierarchæ de secundâ & primâ, necessariò prius collocantur in primâ.*

**V**Nus omnium semper fuit in Ecclesia, supremus Hierarcha, duo simul nunquã fuerunt, ac proinde hæc propositio: S. Petrus & S. Paulus sunt duo Ecclesiæ Principes, qui vnũ efficiunt: vel, sunt duo Ecclesiæ Catholicæ Coriphæi, ac Supremi Duces, summâ inter se unitate conjuncti: vel, sunt geminus Vniuersalis Ecclesiæ

Ver-

Verte  
simè c  
duo E  
fides,  
stituu  
nant  
temit  
lum  
subje  
Petru  
& Re  
clesiæ  
mnay  
Decr  
Jan. A  
tener  
Supre  
Sacro  
tum,  
Ipse,  
tate f  
panti



Vertex, qui in vnum diuinis-  
 sine coaluerunt : vel, sunt  
 duo Ecclesie Pastores ac Præ-  
 fides, qui vnicum caput con-  
 stituunt, ita explicata, vt po-  
 nant omnimodam æqualita-  
 tem inter S. Petrum & S. Pau-  
 lum sine subordinatione &  
 subiectione S. Pauli ad Sanctū  
 Petrum in potestate suprema  
 & Regimine Vniuersalis Ec-  
 clesie hæretica est, eamq; da-  
 mnauit Innocentius X. per  
 Decretum emanatum die 24.  
 Jan. Aō. 1647. De fide ergo  
 tenendum, hodie omnium  
 Supremum Hierarcham, qui  
 Sacrorum gubernat Principa-  
 tum, esse Alexandrum VII,  
 Ipse, & alij Episcopali digni-  
 tate fulgentes propriè nuncu-  
 pantur. Hierarchæ seu sac-



crorum Principes, Cœteri, qui  
 Parochiali aut Sacerdotali, aut  
 aliquo jure in Hierarchiam po-  
 tiuntur, cum careant potesta-  
 te cum imperio, & obedire  
 magis debeant, quam præcipe-  
 re, actionesq; hierarchicas ex  
 alieno potius imperio, quam  
 suo exercent, à sacrificando,  
 consecrando & sanctificando  
 sacra dantes & sacris mini-  
 strantes vocari possunt, &  
 hierarchæ tantum secundum  
 participationē, sicut & actio,  
 quæ ab istis procedit, nisi cum  
 subordinatione & auctoritate  
 alicujus hierarchæ fiat. Sic e-  
 leemosynam in Jubilæo ex  
 mandato Pontificis elargitam,  
 quia est ad finem publicum &  
 mandato Principis, hierarchi-  
 cam dixeris, ecôtra baptismus  
 ab

ab o  
 chic  
 cho  
 to h  
 qua  
 Nu  
 Deu  
 A  
 hier  
 præ  
 præ  
 aut  
 tan  
 pot  
 rist  
 cha  
 inf  
 lie  
 cu  
 ex  
 O  
 pr



ab obstetrice collatus hierar-  
chicus non est, sed qui à Paro-  
cho, preces à laico conjuga-  
to hierarchicæ non sunt, sed  
quæ à sacerdote vt publico  
Nuncio & Mediatore inter  
Deum & hominum fiunt. i

Actio igitur hierarchica &  
hierarchizandi jus primario &  
præcipuè de Papa & Episcopo  
prædicatur, de inferioribus  
autem per participationem  
tantum & minus perfectè, à  
potiori, qui sunt in primâ cha-  
rismatum hierarchiâ, hierar-  
chæ non sunt, cum sint in ea  
infiniti viri sæculares & mu-  
lieres, nemo tamen, qui in se-  
cunda & tertia sunt à prima  
excludi debent; imò Sacros  
Ordines suscepturus in illam  
prius per aliquam sanctitatem



collocandus venit, saltem ca-  
 stitatis, tanquam dispositio-  
 nem ad SS. Ordines suscipien-  
 dos, quod autem de plebe quis  
 sit major in illa hierarchia  
 charismatum, quàm plurimi  
 in hierarchiis Ordinis & Ju-  
 risdictionis sublimiores, dun-  
 taxat arguit efficaciam cœle-  
 stis auxilii, quo minimi inter  
 mortales, primi in donis cœle-  
 stibus adhuc viventes existunt  
 & in cœlis primas sedes ascen-  
 dunt, cum à Deo gratiæ Aucto-  
 re, non Ordo & Jurisdictio  
 Pontificum, sed virtus & me-  
 rita inspiciantur & remune-  
 rentur. Hierarchiam Ordinis  
 in sequentibus penitius intel-  
 liges; audi, vide, lege, fit

RE-

RE-

Irrefe-  
bie

Sa-

nis

ple

IN  
na

cti sa

risdi

Ord

plex

pug

quo

ra v

tiur

tem

&amp; c

quo

ergo

Sac



RESERATIO DECIMA  
OCTAVA.

*Irrefragabiliter ostenditur ex  
hierarchico Ecclesie Luminari  
Sacramentum Confirmatio-  
nis & Ordinis, item quotu-  
plex sit, quis Minister.*

**I**N primo hierarchici *Lumi-  
naris* radio *Charismatum* di-  
cti *sanctitas* fulget, In 2do Ju-  
risdictiones, *missio*, in tertio  
Ordinis, *consecratio* eaq̄ du-  
plex, vna militum Christi ad  
pugnandum fortiter pro fide,  
quod fit Confirmatione, alte-  
ra virorum canonicè intran-  
tium ad accipiendam potesta-  
tem in corpus Christi verum,  
& corpus Christi mysticum,  
quod fit ordinatione, Ordinis  
ergo, sicut & Confirmationis  
Sacramentum isthæc hierar-



Deseri-  
ptio  
Hier-  
chia  
Ordi-  
nis.

S. S. 13.  
de Sac.  
Ord.  
can. 6

chia designat consecratio, e-  
jus fundamētum, ipsam nimi-  
rum Ordinis Hierarchiam  
hinc benè describes, Quod sit:  
*Ordo sacer ad Divini cultus mi-  
nisterium hierarchicā consecra-  
tione destinatus per sanctifica-  
tionem ad Divinitatis similitu-  
dinem adducens, & ad eam pro-  
rata & proportionaliter ascen-  
dens*; differt à Sacramento or-  
dinis, sine Ordinis tamen po-  
testate nec esse, nec concipi  
potest; contrarium sentientes  
S. Synodus Tridentina ferit  
anathemate dicens: *Siquis di-  
xerit in Ecclesia Catholica non  
esse hierarchiam divina ordina-  
tione institutam, que constet ex  
Episcopis, Presbyteris, & mini-  
stris, anathema sit.* In lucidis-  
simo hoc Ordine præfulget cæ-  
teris

teris  
ratus  
con  
dicu  
Sacr  
nore  
nini  
cista  
tus.  
dini  
ritua  
te,  
ditu  
strat  
tem  
tè ac  
rum  
cert  
tion  
unt  
stri  
stas



teris Episcopatus & Presbyteratus, quibus famulantur Diaconatus, Subdiaconatus, qui dicuntur Ordines majores & Sacri, & horum famuli 4. minores, qui dicuntur non sacri, nimirum Acolythatus, Exorcistatus, Lectoratus, & Osteriatus. Hi gradus hierarchici ordinis sumuntur vsitatè pro spirituali & permanente potestate, quæ ministris Ecclesiæ traditur ad conficienda & ministranda Sacramenta, vel saltem ea, quæ proximè vel remotè ad eadem Sacramenta referuntur, intelligendo enim pro certo hierarchicæ consecrationis ritu externo & transeunte ordinatione, quâ Ministri consecrantur, eisq; potestas præfata confertur est propriè



priè Sacramentum Ordinis, &  
 tot in specie, quot Ordines, E-  
 piscopatum à Sacerdotio sim-  
 plici distinctum minimè ex-  
 cludendo. Episcopi sunt in  
 Ecclesia, quod in Synagoga  
 Moyse & Aaron, Principes  
 Sacerdotum, jure divinò Pres-  
 byteris simplicibus superiores,  
 & ipsis solis jure hierarchicò  
 Ordinis ordinariò convenit  
 administrare Sacramentum,  
 ejus materiam seu chrisma  
 nemo præter ipsum conficere  
 potis est, ita ut quidquid atten-  
 tassent non Episcopi sive Sa-  
 cerdotes simplices (nisi com-  
 missio Supremi subveniat  
 Hierarchæ) circa Confirma-  
 tionem, irritum semper fuerit  
 & inane habitum. Consecra-  
 tio item hierarchica, quâ con-  
 fer-

fer  
 po  
 ru  
 ter  
 Ch  
 Ep  
 ut  
 ret  
 cat  
 lid  
 qu  
 ste  
 ex  
 arc  
 co  
 co  
 Su  
 tu  
 ba  
 ba  
 O  
 ap



fertur ipsemet Episcopatus, potestasq; in corpus Christi verum seu sacerdotium (non item est de potestate in corpus Christi mysticum) characteri Episcopali adeo propria est, ut quantumvis Episcopus foret hæreticus, excommunicatus, degradatus, adhuc validè ordinet; universim loquendo de Ordine, ejus minister ordinarius est Episcopus, ex commissione Summi Hierarchy potest simplex Sacerdos conferre Minores (de facto conceditur Abbatibus) imò Subdiaconatum & Diaconatum, (de facto concessum Abbati Cisterciensi & aliis 4 Abbatibus Principalibus ejusdem Ordinis, & Prælati FF. Min. apud Indos. Episcopus ex com-



missione Supremi Hierarchæ  
ordinatus ab vno solo Episco-  
po, verus est Episcopus, ast cū  
de lege ordinaria ad Episcopi  
ordinationem tres distincti re-  
quirātur Episcopi, dico, si quis  
fuisset ab vno solo, vel etiam à  
duobus sine speciali cōmissio-  
ne Summi Hierarchæ conse-  
cratus in Episcopum, debere i-  
terum sub conditione à tribus  
consecrari pro majori securi-  
tate, idemq; consequenter di-  
ctum pronuncio de Presbyte-  
ris, ab huiusmodi Episcopo  
dubiè consecrato, ordinatis.

## RESERATIO DECIMA

## NONA.

*Ostenditur, quæ in consecratio-  
ne hierarchica ad Sacramen-  
tum Confirmationis & ordi-  
nis conficiendum requiratur  
forma & materia.*

S  
otio,  
mat  
ver  
ana  
neg  
tā v  
fert  
ope  
dur  
hol  
por  
ver  
que  
qua  
tut  
ad  
on  
chu  
fan  
ber  
sto



**S.** Concilium Oecumenicū  
 Trid. *si quis dixerit, inquit,*  
*otiosam ceremoniā esse* ( confir-  
 mationē subaudi) *Et non potius*  
*verū Et proprium Sacramentum*  
*anathema sit, anathema, qui*  
 negat esse vñctionem cum cer-  
 tā verborum formulā, quā cō-  
 fertur homini gratia ex opere  
 operato in ordine ad pugnan-  
 dum fortiter & strenuē contra  
 hostes fidei pro fide; quo tem-  
 pore instituta sit, non constat,  
 verosimiliter in ultimā cānā  
 quō ad materiam & formam,  
 quāvis consummata ejus insti-  
 tutio ad ministrū sit referenda  
 ad tēpus subsequēs resurrecti-  
 onē; Materia ejus remota est  
 chrisma ex oleo olivarū & bal-  
 samo confectū, & ab Episcopo  
 benedictum. Si dixeris ab Apo-  
 stolis absq; chrismatione pec-

Ses. 7.  
 de Sa-  
 cram.  
 in gene  
 can. 1.  
 & can.  
 1. de  
 con-  
 firm.



solam manuum impositionē  
 Sacramentum confirmationis  
 collatum esse, vt *Actorum 8. &  
 19.* datur intelligi, non nega-  
 mus, (sicut enim Christus nul-  
 lis signis sensibilibus alligatus  
 contulit effectum huius Sacra-  
 menti sine chrismate Apосто-  
 lis *Act. 10.* sic potuit cum Apo-  
 stolis dispensare, & probabili-  
 us dispensavit, vt illud per nu-  
 dam manuum impositionem  
 conferre potuerint: ) Materia  
 proxima huius Sacramenti est  
 vntio chrismate facta per  
 modum crucis pollice dextro  
 Episcopi in fronte confirman-  
 di; forma: *signo vel consigno  
 te signo Crucis, & confirmo te  
 chrismate salutis In nomine Pa-  
 tris & Filij & Spiritus S. Chri-  
 stus non determinavit mate-  
 riam & formam Ordinis in in-  
 di-*

divi  
 quo  
 liqu  
 clef  
 Ma  
 est  
 cap  
 qua  
 qua  
 pot  
 tud  
*Et*  
 teri  
 & t  
 scoj  
 pra  
 qua  
 ceri  
 adh  
 ceri  
 stat  
 est



dividuo, sed solum voluit,  
 quod conferretur Ordo per a-  
 liquod signum sensibile ab Ec-  
 clesia ponendum. De facto  
 Materia Ordinis Episcopalis  
 est impositio manuum super  
 caput Ordinandi; forma verò,  
 qua tunc confertur specialis  
 quædam abundantia gratiæ &  
 potestatis in Episcopo pleni-  
 tudo, est: *Accipe Spiritum san-*  
*ctum.* Sintne autem ista ma-  
 teria & forma proportionata  
 & totalis consecrationis Epi-  
 scopalis, sub iudice lis est; in  
 praxi curiosè curandum, ut  
 quælibet eorum, de quibus de-  
 certant Theologi, exactissimè  
 adhibeatur. Consecratio Sa-  
 cerdotis materiâ duplici con-  
 stat & formâ duplici; prima  
 est porrectio panis cum vi-  
 no,

no,



no, patenæ cum hostiâ sub hac  
 forma: *accipe potestatem offer-  
 re sacrificium Deo, missasque ce-  
 lebrare tam pro vivis quam  
 pro defunctis.* Secunda est im-  
 positio manuum suprâ caput  
 Ordinandi cum hac forma:  
*accipe spiritum sanctum, quo-  
 rum remiseris peccata, remit-  
 tuntur eis, & quorum retinue-  
 ris, retenta sunt.* Materia Dia-  
 conatus partialis, est porrectio  
 libri Evangeliorum cum hac  
 formâ: *accipe potestatem legen-  
 di Evangelium.* Altera est im-  
 positio manuum, cum hac for-  
 ma: *accipe Spiritum S. & robur  
 ad resistendum diabolo & ten-  
 tationibus ejus.* Materia Subdi-  
 aconatus est traditio Calicis  
 vacui cum patenâ, formâ vi-  
 dentur esse verba Pontificalis:

*vi-*

vid  
 tra  
 nen  
 par  
 for  
 rum  
 gen  
 tus  
 ceo  
 tri  
 bri  
 tus  
 Ost  
 Ecc  
 pra  
 pro  
 tio  
 cor  
 pto  
 me  
 rali



videte cuius ministerium vobis traditur &c. addunt traditionem libri Epistolarum velut partem integrantem cum hac forma : *accipe librum Epistolarum, & habeatis potestatem legendi* &c. Materia Acolythatus est traditio ceroferarii & vrceoli vacui vel saltem alterutrius : Exorcistatus, traditio libri Exorcismorum : Lectoriatus traditio libri lectionum : Osteriatus traditio clavium Ecclesie ; forma ordinationis predictorum sunt verba, quae profert Episcopus in applicatione predictorum, quorum contactus physicus ex precepto requiritur, probabilius tamen ad valorem sufficit moralis.

RE-



## RESERATIO VIGESIMA.

*Declaratur qualiter Luminare minus sit in signa & tempora & dies & annos.*

Gen. 1. **E**T sint, in signa & tempora,  
v. 14. & dies & annos, ut luceant  
in firmamento Cœli, & illumi-  
nent terram, & factum est ita.

Visibilia Cœli signa evidenter  
ferè & palam loquuntur, quod  
Psalmista mysteriosè decantat:

Psal. 18. *dies diei eructat verbum & nox*  
29. *nocti indicat scientiam, ut ne-*  
mo non quasi in codice vide-  
at, quàm lucidè *Luminare Cœ-*  
*li & Luminare Ecclesie, majus*  
*cum majori, minus cum mino-*  
*re subsymbolizent sua signa*  
*tempora, dies & annos; sint,*  
inquit Deus, *in signa non ob-*  
*jectivè tantum per inanem &*

va-

vacua  
fides  
subje  
atque  
rem,  
Hispa  
Angl  
est qu  
lis,  
cogn  
famil  
non,  
scriba  
cend  
quod  
Sakra  
indel  
signa  
const  
mune  
tualia  
passi



vacuam reminiscenciam quã  
 fides excitetur ; sed realiter &  
 subjectivè per verũ & realem  
 atque indelebilem caracte-  
 rem, Vellere aureo Regum  
 Hispaniæ & Periscelide Regũ  
 Angliæ longè præstantiorem,  
 estque qualitas aliqua spiritua-  
 lis, quam Angeli intuentes  
 cognoscunt, qui & quales de  
 familia Christi sunt, & qui  
 non, seu foris sunt, unde de-  
 scribas benè characterem di-  
 cendo: *Character est signum*  
*quoddam spirituale mediante*  
*Sacramentò anima impressum*  
*indelebiliter, quò homines con-*  
*signati distinguuntur ab aliis, &*  
*constituuntur in certo gradu ac*  
*munere in Ecclesia Dei ad spiri-*  
*tualia quedam munia activè aut*  
*passivè obeunda. Baptismus,*  
 Con-



Confirmatio & Ordo tria hæc  
 characterem imprimunt; siue  
 ergo per hierarchicam conse-  
 crationem militari Confirma-  
 tionis baltheo ad propugnandam  
 fidem indutus clarescas,  
 siue velut Aaron ad regenda  
 Dei Castra indelebili præfe-  
 cturæ sigillô adoptatus exi-  
 stas, agnoscis certè Hierar-  
 chiam *in signa* Ecclesiæ posi-  
 tam, *in signa*, inquam, *Et tem-  
 pora, dies Et annos; in tempora*  
 quidem *primò* vt certa in con-  
 secrationibus hierarchicis ob-  
 seruentur anni *tempora*; qua  
 ratione Episcopatus conferri  
 debet in die Dominico, aut  
 Apostolorum Natalitio; Sacri,  
 siue Majores Ordines Sabba-  
 this quatuor temporum, sab-  
 batho Sancto, vel sabbatho an-  
 te

te D  
 cuna  
 poru  
 duo  
 Reg  
 exp  
 de re  
 prom  
 nisi  
 judi  
 stiti  
 con  
 Mer  
 tribi  
 festi  
 quo  
 Por  
 ann  
 ordi  
 Sub  
 requ  
 23, S



te Dominicam Passionis. *Secundò* vt debita seruentur *temporum* interstitia, sicut nemo duos Ordines sacros, etiamsi Regularis sit, suscipere possit, expressè Trident. *sess. 23. c. 13. de reform.* vt Subdiaconus non promoveatur ad Diaconatum nisi post annum relinquatur iudicio Episcopi, sicut & interstitium vnius anni inter Diaconatum & Sacerdotium. Mendicantes ordinari possunt tribus diebus Dominicis seu festiuis sibi succedentibus, vti quoq; extra statuta tempora. Porro *in dies 5 annos*, primo *in annos*, vt canonica seruetur in ordinandis ætas annorum; ad Subdiaconatum scilicet anni requiruntur 22, Diaconatum 23, Sacerdotium 25, ad Episco-  
 pa-



patum 30. completè. *secundo in*  
*dies congruæ scientiæ, ita vt ad*  
 primam tonsuram initiandus  
 sit fidei rudimenta edoctus, &  
 sciat legere & scribere, ad Mi-  
 nores, saltem vt linguam lati-  
 nam intelligat, ad Subdiaco-  
 natum & Diaconatum Trid.  
 sup. exigit, vt ordinandi sint  
 instructi in literis & iis, quæ ad  
 Ordinem exercendum perti-  
 nent, ad Sacerdotio conse-  
 crandos requirit, *c. 14.* vt sci-  
 ant docere populum necessa-  
 ria ad salutem, & ministrare  
 Sacramenta, Ad Episcopatum  
 ab Apostolo requiritur, *ut sic*  
*potens exhortari in doctrina sa-*  
*na & eos qui contradicunt ar-*  
*guere. Sequitur: vt luceant in*  
*firmamento Cali,* intellige ut  
 Ordinandi obtentis à proprio  
 Epi-

ad Tit.  
 1.

Episc  
 à Præ  
 loq;  
 aut  
 quæ  
 nulli  
 etiam  
 scatus

RES

Decla  
 reat  
 tene  
 min  
 Ord

Sic  
 Squ  
 sores  
 sancto  
 sol non  
 nocter



Episcopo, vel si Regulares sint  
à Prælato dimissorialibus, titu-  
loq; congruæ sustentationis,  
aut paupertatis voluntariæ,  
quæ Regum præstat opibus,  
nullis criminum, censura vel  
etiam irregularitatis sit offu-  
scatus caligine, sed sit de hoc

RESERATIO VIGESIMA  
PRIMA.

*Declaratur quod Hierarchæ sub  
reatu peccati mortalis prius  
teneantur lucere, quam illu-  
minare, ubi de continentia  
Ordini annexa.*

*Sic nos existimet homo tan- 1. Cor.  
quam Ministros & dispensa- 4. V. 10.  
tores mysteriorum Dei, utpote  
sanctos & justos, quos per diem  
sol non urat, sed neq; luna per  
noctem, dispensas itaq; corpus  
&*



Psal.  
120. v.  
6.

& sanguinem Christi *per diem*  
*sol non uret te*; sanctus sis, &  
 fructu corporis & sanguinis  
 Christi ipse plenus existas, o-  
 portet, sed *neq; luna per noctem*,  
 vt nimirum ante internâ splē-  
 deas sanctitate, quam corpus  
 Christi mysticum sanctifican-  
 do illumines, id quod hierar-  
 chica Ordinis exquirat sancti-  
 ficatio, quæ eatenus exterius  
 prodit in alterum, vt tamen  
 interiorem sanctitatem postu-  
 let, quâ sine, nec licitè nec de-  
 bitè exercetur, omnium quip-  
 pe divinorum divinissimum,  
 teste *Dionysio Areopapita*, est  
 coöperari Deo in animarum  
 salutem, ad quod per Spiritum  
 S. consecrantur Ministri, ut,  
 quando per Sacramentorum  
 administrationem alios illu-  
 mi-

mine  
 cant  
 tudin  
 ipsi  
 ant;  
 Hier  
 cat,  
 vileg  
 ptiza  
 ptiza  
 prob  
 ad ist  
 ctior  
 orna  
 dinu  
 citia  
 um f  
 nis a  
 ans  
 spica  
 & fe  
 cum



minant, illuminando sanctifi-  
 cant, sanctificando ad simili-  
 tudinem Dei adducunt, prius  
 ipsi gratiâ & sanctitate luce-  
 ant; quare omnis Minister  
 Hierarchicus mortaliter pec-  
 cat, qui extra necessitatis pri-  
 vilegium, telum dixerim, ba-  
 ptizat, consecrat, (laicus ba-  
 ptizans nequaquam, saltem  
 probabiliter, quia ille, non hic  
 ad istam sanctificatus est fun-  
 ctionem.) Specialissimum  
 ornamentum sacrorum Or-  
 dinum est Continentia pudici-  
 tiæ custos propter ministeri-  
 um sacrum quod superbiâ car-  
 nis attritâ in solius delicio-  
 ans fœcunditate mentis per-  
 spicacitatem amat intellectus,  
 & feruorem affectûs, ad quæ  
 cum vehementer disponat

D.

Con.



Continentia, ad eam arctè & stricte SS. Ordinibus est conjuncta, ut iis initiati nec valide nec licite matrimonium contrahere possint, eoque antecedenter contracto in Ecclesiâ Latinâ abstinere sub sacrilegio teneantur; sancti ergo Ministri Domini oportet sint Spiritu & corpore. Sunt qui putant, & haud pauci Classicorum jure divinò obligationem continentia SS. Ordinibus annexam, nos præferimus doctrinam, quod solò præcepto Ecclesiastico, nequaquam ex voto ex ipsa susceptione Ordinis sacri, ne quidem tacito, proinde atque eodem jure ordo dirimit matrimonium.

RE

Fie p  
em  
qu  
ch  
for  
ra

PL  
ri  
ea est  
chiis  
nem  
tum  
scrib  
Eccle  
state  
obser  
nem  
dis,  
ni &  
tior



RESERATIO VIGESIMA  
SECUNDA.

*Fit progressus ad alteram speciem Luminaris Hierarchici, qua est jurisdictionis Hierarchia, ejusque duplex potestas fori interni & externi declaratur.*

**P**lus ultra: Hierarchiam jurisdictionis aggrediamur, ea est distincta ab aliis Hierarchiis, & potissimum per actionem hierarchicam in subditum concipi debet: rectè describitur esse: *Ordo sacer in Ecclesia per actionis sacra potestatem subditos ad mandatorum observantiam & Dei similitudinem adducens.* Duobus modis, juxta duplicem fori interni & externi operatur jurisdictionem, videlicet per pote-

D 2 statem



statem cöactivam & potesta-  
 tem illuminativam docendo,  
 Sacramenta administrando,  
 indulgentias dando &c.  
 De jurisdictione fori externi,  
 quæ est potestas cöactiva alte-  
 rius etiam inviti haud surda  
 aure Magnus ille Gerson  
 Cancellarius Parisiensis au-  
 diendus, exponens illud  
 Matth. -- -- -- *die Ecclesie,*  
*quod si Ecclesiam non audierit*  
*fit tibi sicut Ethnicus & Publica-*  
*nus, quo in loco fundatur, in-*  
*quit, juridica potestas excom-*  
*municandi rebelles & inobedien-*  
*tes Ecclesie ut est potestas diffi-*  
*niendi, determinandi, consti-*  
*tuendi, decernendi præcepta, le-*  
*ges & canones. Hac potesta-*  
*te utriusque sexûs fideles, pro*  
 ut ex

de po-  
 testate  
 Eccle-  
 siast.  
 confid.  
 4. & 5.  
 Matth.  
 18.



ut expedit, pœnâ spirituali  
 & medicinali, quam censuram  
 dicimus, coguntur, castigantur,  
 emendantur; eaq; dividitur  
 communiter in excommunicationem,  
 suspensionem & interdictum &c. de quibus,  
 quod heri & hodie concluderunt  
 Doctores Clasfici, concludimus sicuti  
 heri ita & hodie. Jurisdictionem  
 fori interni Gerson eodem loco  
 definit esse: *potestatem Ecclesiasticam  
 super corpus Christi mysticū, illuminando  
 & perficiendo ipsum per doctrinam,  
 sacramentorum administrationem,  
 & purgando per baptismi & pœnitentiæ  
 Sacramenta.* Hæc spontaneos per  
 voluntariam subjectionem non tantum  
 cōactos Subditos potest habere,

Gerson  
 ibidem  
 confid.  
 6.



cum ad Sacramenti necessitate  
 subjectio voluntaria Suscipientis sufficiat ab illo, qui conferre potest, si tamen peccati Sacramentum excipias, in quo stricta subjectio, requiritur, quâ sine materia deficit, qui est peccator subditus, Subditus, inquam, nedum per voluntariam subjectio- nem, sed aliena Superioris auctoritate, adeo, ut peccator ultrô & voluntariè se subjiciens non det illi in se jurisdictionem fori interioris, sed ab aliquo Hierarcharum conferri debet, subaudi, propriè dicto, vel saltem Parocho, nam hoc, inquit, Gerson sup. primus statuit Legislator Christus, hoc Ecclesia sic elucidavit & tradidit, ne confunderetur cœli-

CHIC



*cum Regimen, neq; hierarchicus ordo turbaretur, quem tradit Dionysius talem esse, ut infima reducantur ad summa per media.*

### RESERATIO VIGESIMA TERTIA.

*Jurisdictio hierarchica, quæ cum subjectione correlativa reducitur in utroq; foro ad summa per media, & quibus competat.*

**E**Sto; imò nullus dubito, Sacerdotes ex sua ordinatione verè & propriè recipere potestatem quâ constituentur in actu primo Judices & Ministri in foro interno, & ab hac potestate in ordinatione recepta procedere in actu secundo sententiam judiciale[m] & remissionem peccatorum tan-



quam à principio & clave referante, quâ directè peccatorum relaxentur vincula, quia fit virtute Sacramenti & per absolutionem, quæ est usus clavium, & per ministrum ex Divina institutione non per aliquam institutionem humanâ Ecclesiæ, quæ nullâ habet potestatem instituendi Sacramenta, aut eis efficaciam ullam tribuere, aut variare substantiam, quæ efficaciam habeat, secundum quod sunt instituta à Christo; nihilominus in benè ordinata Castorum Dei acie, id est Ecclesia, jure divino semper stetit & stat paritè impariumq; dispositio, quo circa potestas clavium Sacerdotibus in sua ordinatione collata, reduci debet per media ad summam,

ma  
san  
qu  
ad  
sur  
ch  
sub  
di  
tur  
tia  
ros  
&  
pe  
ref  
ta  
qu  
E  
sem  
per  
fui  
ba  
ab



ma, per auctoritatem concessam, ab Ecclesiæ Hierarchis quæ est potestas Jurisdictionis, ad ipsos Hierarchas usque ad summum, à quorum hierarchica dependentia potestas subordinata ligandi & solvendi pro re nata solvitur & ligatur, cum ex ratione sua essentiali dicat ordinem ad subditos, quos Ecclesia determinat & concedit quando vult & expedit, vel in parte vel in toto respectivè ad peccata reservata, undè S. Synodus Trident. *quoniam igitur, inquit, natura* Sess. 14.  
*Et ratio judicii id exposcit, ut* c. 7.  
*sententia in subditos feratur, persuasum semper in Ecclesia Dei fuit, Et verissimum esse Synodus hac confirmat, nullius momenti absolutionem esse debere, in*  
*D 5 quem*



St.

quem ordinariam aut subdelegatam non habet jurisdictionem. Audisti, ordinariam aut subdelegatam jurisdictionem? non audire non potuisti; vtramque proinde potestatem tam Ordinis, aliàs clavium dicta, quàm jurisdictionis inter se dispares esse & distinctas, quis inficias ibit? qui patientiori scrutinio jurisdictionis potestatem, seu qua cum subjectione correlativa non est, ponderare volet, conclusum teneat, Ecclesiam nullatenus alicujus actus nullitatem ab hac potestate sic considerata profecti præstare posse, sic namque potestas sacerdotis in consecrando, baptizando, Episcopi in Confirmando aut Ordinando habet materiam

in



in se ipsa independentè ab  
 Ecclesiastica Jurisdictionis  
 Hierarchia & consensu. Ju-  
 risdictio dividitur in ordinari-  
 am & delegatam, universalem  
 & restrictam, certam, probabi-  
 lem, dubiam. Ordinaria dici-  
 tur, quæ alicui competit vir-  
 tute hierarchici muneris vel  
 beneficii, ad quod assumitur.  
 Quare summo Pontifici, vi su-  
 premi Pontificatus, in utroq;  
 foro competit universalis ju-  
 risdictio in Universam Eccle-  
 siam tanquam Ordinario &  
 Universali Hierarchæ & Vica-  
 rio Generali Christi. Papâ in-  
 ferioribus Hierarchis, videlicet  
 Episcopis potestas restricta in  
 suas Diœceses, Parochis in suas  
 Parœcias. Ordinariorum au-  
 ctoritate potiuntur, qui vi be-  
 neficii



neficii eorum vices gerunt, ut  
 sunt Vicarii Generales Papæ,  
 Legati de latere, supremus Pœ-  
 nitentiarius, Vicarii Genera-  
 les Episcoporum in utroque  
 foro & Pœnitentiarius Eccle-  
 siæ Cathedralis, ubi pœniten-  
 tiaria in officium est erecta;  
 idem sub eadem ratione asse-  
 rendum de Vicariis Parochia-  
 libus & SS. Ordinum S. Bene-  
 dicti, Cisterciensis, Præmon-  
 stratensis, Ecclesiarum Cathe-  
 dralium, Collegiatarum, Ca-  
 pitulorum, qui omnes jurisdic-  
 tionem capeffunt ordinari-  
 am; ubi similiter vicariæ eo-  
 rum parochiales in officium  
 sunt erectæ. Ordinariam in-  
 super sortiuntur Jurisdictio-  
 nem ac quasi Episcopalem Ab-  
 bates respectu suorum Mona-  
 sterio-



steriorum, Prioratum, Præ-  
 positurarum, Generales &  
 Ordinum capita respectu Or-  
 dinum suorum, Provinciales  
 respectu Provinciæ, Superio-  
 res locales respectu suorum  
 subditorū, in articulo mortis  
 de jure humano quivis Sacer-  
 dos. Præter hujusmodi titu-  
 los Jurisdictio confertur con-  
 suetudine, scientibus hierar-  
 chis, sicut & electione pœni-  
 tentis, cui de jure, consuetudi-  
 ne aut privilegio datum eli-  
 gendi confessorem, idq; præ-  
 cipuè & jure divino compete-  
 re Summo Pontifici est extra  
 controversiam; Episcopi jure  
 divino non habent proprium  
 nisi Papam, nequaquam Ar-  
 chiepiscopum & hi Patriar-  
 cham, jure tamen humano fa-  
 cul-



cultatem habet confessorium eligendi, hoc eodem privilegio gaudent omnes Prælati, præsertim Generales, Abbates, Provinciales, Præpositi Guardiani, Priores, à potiori Cardinales, Legati &c. Commensales summi Pontificis habent pro proprio sacerdote Pœnitentiarium Summi Pontificis, Jurisdictio delegata, quæ est ex commissione ordinariam habentis, tribus potissimum originatur titulis, videlicet à jure vel privilegio, ut quando per aliquem canonem, legem scriptam sive etiam privilegium sit, & ad hunc modum pertinent celebres illæ delegationes Fratrum Minorum & aliorum Mendicantium, tum in jure & in *cap. dudum de sepul-*  
*turis*

tur  
 lis  
 ru  
 diu  
 ad  
 cur  
 cor  
 ho  
 pte  
 del  
 int  
 du  
 lon  
 Au  
 et  
 val  
 cer  
 cor  
 rer  
 ris  
 ris  
 ne



*turis*, tam in privilegiis & Bul-  
 lis Pontificum scriptæ, in qua-  
 rum virtute confessiones au-  
 diunt & pœnitentes undique  
 ad se venientes absolvunt. *Se-  
 cundò*, delegatio fit à probata  
 consuetudine. *Tertiò*, fit ab  
 homine sive verbo, sive scri-  
 pto, sive alio signo. Ratihibitio  
 delegantis nullatenus sufficit,  
 interpretativa facultas inter-  
 dum. Qui habet titulum co-  
 loratum errore communi te-  
 ctum, et si verè careat jurisdic-  
 ctione habituali, ut sic dicam,  
 validè absolvit, cum Ecclesia  
 censeatur ob gravissima in-  
 commoda, quæ aliàs emerge-  
 rent, pro singulis actibus ju-  
 risdictionem concedere. Ju-  
 risdictione delegatâ dubiâ si-  
 ne dubio nunquam licet uti  
 extra

extra



extra casum necessitatis, tunc autē: non nisi sub conditione, Probabili in tribus ferè casibus: *Primò*, si bonum pœnitentis, causa petendi consilii, solatii vel ob secretum, id rationabiliter exigat. *Secundò*, ut damnum evitetur, ut, ne complex in cognitionem veniat, pœnitens in aliquam aversionem vel damnosam suspicionem confessorii. *Tertiò*, in congruâ necessitate v. g. quando præceptum aliquod implendum, indulgentia lucranda &c.

#### RESERATIO VIGESIMA QUARTA.

*Hierarchia Jurisdictionis Christi fideles in obscuro purgatorii carcere detentos, aut post hanc vitam detinendos clarissime*



*risimè illustrat, plenè, pleni-  
us ac respectivè plenissimè  
purgat, purgatos carceri e-  
mancipat per solutionem pre-  
tii pro debito pœna temporalis  
sive indulgentias ex thesauro  
Ecclesie concessas.*

**E**Xtat in Ecclesia Dei The-  
saurus satisfactionū Chri-  
sti & Sanctorum ejus, in quo  
abyssus abyssum invocat inter-  
minabilem, earum satisfactio-  
num applicatione Fidelibus  
conceditur indulgentia & re-  
missio temporalis pœnæ pro  
peccatis alioquin ad ultimum  
quadrantem expiandæ, per  
potestatem à Christo Hierar-  
chis Ecclesiæ datum, quæ de  
jure divino plenissimè & pri-  
mariò residet in supremo Hie-  
rarcharum Capite Alexandro  
VII.



VII. Et sub eius directione in  
 Episcopis aliisque Hierarchis  
 inferioribus, quibus per dele-  
 gationem vel commissionem  
 papalem competit indulgen-  
 tias concedere, aut per Pon-  
 tificem concessas Fidelibus  
 annunciare. Indulgentiæ jax-  
 ta varias concessionum for-  
 mas aliæ dicuntur *de injunctis  
 pœnitentiis*, subaudi à jure vel  
 canonibus olim iungungi con-  
 suetis, nequaquam iis, quæ in  
 foro conscientia à sacerdoti-  
 bus injunctæ. Hujusmodi de  
 injunctis pœnitentiis sunt Se-  
 ptena, quadragena, Carena  
 &c. Septena dicitur 7. anno-  
 rum vel dierum pœnitentia,  
 quarena autem sive quadrage-  
 na 40. quæ si pro demeriti gra-  
 vitate acrior erat ob carenti-



am lecti cibi & similibus pri-  
 vationem carena dicebatur.  
 Aliæ indulgentiæ simpliciter  
 dantur; aliæ sub nomine ple-  
 nariæ, plenioris, plenissimæ,  
 & ad instar Jubilæi ita dictæ  
 propter extraordinariam à  
 censuris, casibus reservatis,  
 votis &c. absolvendi licen-  
 tiam, virtute harum tota re-  
 mittitur pœna ut per se omni-  
 nò cesset obligatio explendæ  
 pœnitentiæ Sacramentalis, quæ  
 satisfactoria est. Aliæ deniq;  
 sunt temporales sub titulo re-  
 missionis tertiæ vel quartæ par-  
 tis peccatorum. Valor in-  
 dulgentiarum 40. 100. 1000.  
 annorum, qui de injunctis pœ-  
 nitentiis conceduntur est re-  
 laxatio pœnæ æquivalenter  
 correspondentis in judicio  
 Dei

Dei



Dei pœnitentiis illis expressis, ut à canone imponuntur, si fierent in hoc mundo; curiosius autem investigare, quæ & qualis illa sit, est os suum in cœlum ponere, nec quidquam nisi humanam divinando generat opinandi incertitudinem. Dato, quod non sit incompossibilis absolutio, cum solutione, de facto tamen conceduntur indulgentiæ per solam solutionem pretii æqualis ex thesauro Ecclesiæ mutuatam, immediatè quidem pro vivis, pro defunctis, qui extra jurisdictionem hierarchicam soli Deo subditi sunt, mediatè tantum ac quasi secundariò per viam communicationis & suffragii, quatenus Pontifex vivis concedit indulgentiam.

ge  
ia  
fe  
ci  
de  
ce  
in  
te  
ef  
pe  
te  
m  
ca  
qu  
ge  
lo  
m  
re  
p  
n  
ri  
q



gentias cum potestate aut etiam sub conditione eas transferendi in defunctos. Ad licitè imò & ad validè concedendum indulgentias in concedente requiritur auctoritas, in causa pietas, in suscipiente sanctitas, unde necessum est causam indulgentiis proportionari proportionem saltem geometricam, haud lenim minus dissonum pro parva causa concedere magnam, quam pro nulla parvam indulgentiam. Si suscipiens pro illo instanti, quo ponitur ultima conditio ad indulgentiam requisita, sit in gratia, sufficit; pro defunctis in statu peccati mortalis indulgentias lucrari, nil impedit. Clausula, quod lucraturi indulgentias

des



Debeant esse *contriti & confessi*  
 etiam iustis legem ponit faci-  
 endæ ex omologesis Sacramen-  
 talis, aliis vero toties, quoties  
 ante ultimam conditionem  
 mortali peccato intabescunt,  
 peccatum inculpabili obli-  
 vione in cōfessione omissum,  
 etiam si recordetur ante tem-  
 pus lucrandæ indulgentiæ, ef-  
 fectum remissionis non impe-  
 dit. Implicat plenariam vno  
 die bis lucrari; an qui portat  
 diversa numismata, quorum  
 singulis non per modum vni-  
 us, unum v.g. *Pater & Ave* pro  
 indulgentia consequenda an-  
 nexum est, dicendo istud *Pater*  
 & *Ave* simul & semel valeat  
 lucrari indulgentias, decer-  
 tant Theologi, nobis pars ne-  
 gans utpote longè probabili-



or, arridet. Indulgentiæ in die ordinariè non nisi semel obri-  
nentur, & hoc probabilib9, et si  
sint in perpetuum, quæ tamen  
pendent ab intentione conce-  
dentis. Indulgentiæ pro alte-  
ro applicari nequeunt ad arbi-  
triũ lucrantis, neq; opera per-  
sonalia per tertium expleri, be-  
nè tamen realia. Si quis acqui-  
rit pro alio bullam Cruciatæ,  
esto istius alter favoris nesci-  
tus sit vel a mentriâ captus, nihi-  
lominùs indulgentiarum in  
ea contentarum particeps  
existit.

RESERATIO VIGESIMA  
QVINTA.

*De Jubileo, ejus amplitudine &  
vi suspensiva Jubilei respectu  
aliarum indulgentiarum.*

Ope



**O**pera Jubilei sunt hierar-  
 chica, & favor in eo con-  
 cessus de plenitudine potesta-  
 tis hierarchicæ, præter indul-  
 gentiam plenissimam addit  
 amplissimã facultatem com-  
 mutandi vota, eligendi cõfes-  
 sarium, absolvendi à casibus  
 reservatis &c. quales, si quis in-  
 culpabiliter omitteret, à quo-  
 libet approbato absolvi potest,  
 licet non faciat ea, quæ requir-  
 untur ad Jubilæi effectum,  
 sicut & qui bonâ fide præstare  
 intendit opera, suaq; confite-  
 atur reservata, etsi culpâ con-  
 sequenti mutet animum, in  
 eadem recidivam non facit.  
 Tempus Jubilæi suffragatur ad  
 relaxanda reservata toties,  
 quoties recidivat peccator,  
 quamdiu per executionem o-  
 mnium

mmi  
 dum  
 post  
 expl  
 pera  
 da h  
 quac  
 esto  
 mel  
 post  
 quoc  
 colli  
 biler  
 poris  
 oper  
 nece  
 post  
 ficier  
 te jul  
 Regu  
 vide  
 nari  
 mmi



erar. mniū operum jubileum nō-  
 con- dum est assecutus, imò etiam  
 testa- post opera primā hebdomadā  
 idul- expleta, si duntaxāt omnia o-  
 addit- pera jubileo annexa in secun-  
 com- da hebdomada resumat, ne-  
 ōfes- quaquam verò post jubileum,  
 sibus esto nondum exspiraverit, se-  
 is in- mel lucratum, nisi tale sit, ut  
 quo- possit quis ipsum bis lucrari,  
 uest, quod ex natura & sensu Jubilei  
 qui- colligendum. Qui differt ju-  
 rum, bileum ad ultimum diem tem-  
 stare poris præfixi cum non possit  
 fite- opera præscripta facere, sive  
 con- necessariò habet iter, antequā  
 in- possit opera consummare, per-  
 acit- ficiendum, adhuc potest virtua-  
 tr ad te jubilei à reservatis absolvi.  
 ies, Regularis per jubileum absol-  
 tor, vi debet ab approbato & ordi-  
 nario loci, ab eo autem potest  
 n o-  
 ium

E

sine



sine consensu superiorum, se-  
 cus virtute Bullæ Cruciatæ,  
 ut expressè Clemens VIII. &  
 Urbanus VIII. aliique Pontifi-  
 ces, ad quos sine dubio spectat  
 potius cognoscere mentem  
 suam, quam ad ullos alios,  
 Annò jubilei suspenduntur  
 per Universam Ecclesiam in-  
 dulgentiæ extra Urbem Ro-  
 manam; excipe *primò*, Indul-  
 gentiam plenariam & jubile-  
 um Compostellanum. *Secun-  
 dò* Amplissimas istas & toti  
 Christiano Orbi notissimas in-  
 dulgentias ab ipso Christo  
 Domino immediatè conces-  
 sas Ecclesiæ S. Mariæ Angelo-  
 rum, sive Portiunculæ pro-  
 pè Assisium, quæ est Caput &  
 Princeps omnium Ecclesiarum  
 Totius Ordinis Fratrum Mi-  
 norum

non  
 gen  
 mæ  
 mir  
 isto  
 nea  
 me  
 ind  
 cor  
 ant  
 def  
 tise  
 test  
 læ  
 cip  
 de  
 pro  
 val  
 pro  
 cla  
 fue  
 no



norum. *Tertio* excipe indulgentias pro defunctis, ita Roma 1625. declaratum, ut nimirum Altaria privilegiata isto anno suum vigorem retineant, idem est de crucibus, medallis &c. Consequentè indulgentiæ concessæ Archiconfratriæ Chordæ valent eò anno per modum suffragii pro defunctis, quas omnes, Pontifex ad nutum revocare potest; de indulgentiis Portiunculæ nihil statuimus. *Quarto* excipe Episcopales indulgentias, de quibus in bulla jubilei nihil prorsus dicitur. *Ultimò* in suo valore manent indulgentiæ pro articulo mortis, pro ut declaratum ab Urbano VIII. in suo jubileo 1625. Facultates non occasione indulgentia-



rum sed ad alios fines concessæ eo anno non revocantur.

## RESERATIO VIGESIMA SEXTA.

*Tandem in fine & cessatione indulgentiarum fit vesperè & manè dies quartus.*

**E**àdem voluntate, quâ indulgentiæ manè oriuntur, ad vesperam revocationis occidunt & destruuntur, a deo ut nulla prorsus ultra intentione cõcedentis extendiqueat, proinde sive tacite, sive expresse pro certo tempore concessæ, simul cum eo tempore exspierent, quod credimus esse tam firmæ veritatis, ut Summus Pontifex validè & sine causa, & per solum dissensum seu actum interiorem revocare valeat,



leat, attamen de facto, cum  
 ex communi Doctorum inter-  
 pretatione constet de mente  
 Pontificis, indulgentiæ tantum  
 cessant quando revocatio Ro-  
 mæ facta, sufficienter promul-  
 gata in notitiam eorum, et si  
 non ad omnes omnino in par-  
 ticulari, veniat, quibus con-  
 cessæ erant. Pereunt & aliis  
 modis indulgentiæ per inconti-  
 possibilitatem cum aliis, ut si  
 Episcopus in die Dedicationis  
 Ecclesiæ concessit unum an-  
 num indulgentiæ, ea cessat per  
 plenariam Jubilæi, supra quâ  
 nō est possibilis major, si tamē  
 plenariâ obtentâ forte venia-  
 liter peccaret, posset rursus  
 eadem die alteram lucrari, per  
 destructionem subjecti vel  
 perditionem rei, cui erat con-  
 cessæ

cessæ



cessa omnino perit, cui si alia  
 substitui potest, retinebit in-  
 dulgentiam priore etiam re-  
 pertâ, nisi substituta in absen-  
 tia alterius per modum vica-  
 riæ solum valere sciatur. Ces-  
 sante causa, ob quam indul-  
 gentia data est, modò suffici-  
 ens & proportionata erat, ut  
 hæc daretur ad tempus, aut in  
 in perpetuum, non cessat in-  
 dulgentia; econtrâ si causa e-  
 rat improportionata ad tam  
 longum tempus, etiamsi de-  
 inceps semper duret, indul-  
 gentia non durabit nisi ad il-  
 lud tempus, pro quo causa  
 fuit sufficiens. Per nudam re-  
 nunciationem potest quis non  
 lucrari indulgentias, aut lu-  
 crandi potentiam, quæ pro-  
 venit à liberali Hierarchæ ali-  
 cujus

cujus  
 nem  
 Por  
 om  
 An  
 bus  
 nia  
 rev  
 qua  
 in  
 del  
 tes  
 ple  
 stia  
 pro  
 me  
 co  
 ne  
 ge  
 fit  
 m  
 Q



cujus voluntate, resignare nemo potest, Paulus V. 1606. Pontificatus sui anno primo omnes indulgentias per suos Antecessores concessas quibuslibet Regularibus ac Monialibus cujuslibet Ordinis, revocavit atque annullavit, quarum loco indulgentias in eadem Bulla contentas designavit; & sunt sequentes: *Primo*, Indulgentia plenaria cuique fidei Christiano suscipienti habitum approbatæ Religionis cum animo profitenti, si suscipiat confessus & sacrâ communione refectus. *Secundo*, Indulgentia plenaria Novitio profitenti, si confessus & communione refectus. *Tertio*, Quivis religiosus degens intra



clausuram in festo Principali  
 sui Ordinis, confessus & com-  
 munionem refectus, vel Missam  
 celebrans, rogans devotè pro  
 concordia Principum Chri-  
 stianorum, extirpatione hæ-  
 reseon, exaltatione Ecclesie  
 & salute Summi Pontificis, lu-  
 cratur indulgentiam plenari-  
 am. *Quarto*, Quivis Religio-  
 sus in articulo mortis verè pœ-  
 nitens & communicatus, vel,  
 si hoc fieri nequeat, contritus  
 pronuncians & invocans ore,  
 quod si non possit, mente no-  
 men JESU, lucratur indul-  
 gentiam plenariam. *Quinto*,  
 Indulgentia plenaria cuius  
 Sacerdoti confessus & dicenti  
 primam Missam, & eadem da-  
 tur cuius Religioso illam au-  
 dienti, si sit confessus & Eu-  
 cha-

cha  
 Sex  
 cui  
 die  
 ter  
 dit  
 be  
 no  
 sti  
 cit  
 gen  
 us  
 rit  
 rit  
 Qu  
 cla  
 am  
 sup  
 tia  
 tia  
 cle  
 Ro



charistiã sanctissimã refectus.  
*Sextò*, plenaria indulgentia  
 cuivis Religioso, qui per decē  
 dies segregatus à negotiis in-  
 tenderit recollectioni & me-  
 ditationi mysteriorum fidei,  
 beneficiorum Dei, quatuor  
 novissimorū, passionis Chri-  
 sti & similia Spiritualia exer-  
 citia, ac tandem confessionem  
 generalem totius vitæ, vel uni-  
 us anni vel ordinariam fece-  
 rit, Sanctissimamque accepe-  
 rit Eucharistiam. *Septimò*,  
 Quivis Religiosus vivens in  
 clausura, visitans suam propri-  
 am Ecclesiam, orans in illa pro  
 supradictis, in tertia indulgen-  
 tia, lucratur omnes indulgen-  
 tias concessas visitantibus Ec-  
 clesias intra & extra muros  
 Romæ in die stationum, ac si  
 ipse

E s

ipse



ipse illas visitaret, & hæc est  
 major & facilior inter ibi con-  
 tentas. *Octavo*, Quivis Reli-  
 giosus vivens in clausura di-  
 cens quinquies *Pater & Ave* co-  
 ram Altari suæ Ecclesiæ singu-  
 lis diebus, lucratur quinque  
 annos indulgentiæ & quinque  
 quarantenas seu carenas. *No-  
 no*, Eandem indulgentiam lu-  
 cratur, qui de licentiâ Supe-  
 riorum iter facit, vel est extra  
 clausuram, si proximè dictum  
 faciant coram altari alicujus  
 Ecclesiæ. *Decimo*, Religiosi,  
 qui per spacium mensis unius  
 singulis diebus mediam ho-  
 ram orationis mentalis ha-  
 buerint, & confessi recepe-  
 rint Eucharistiam in ultima  
 dominica ejusdem mensis, lu-  
 crantur sexaginta sex annos,  
 &

& t  
 dec  
 fav  
 ctio  
 mu  
 tia  
 an  
 rid  
 Re  
 Ley  
 inf  
 pra  
 cer  
 hæ  
 Si  
 cor  
 luc  
 ria  
 dit  
 ad  
 tio  
 tat



& totidem quarantenas. *Undecimo*, Qui in Capitulis accusaverint suas culpas, imperfectiones &c. Contriti & communicati & habuerint exercitia virtutum, lucrantur tres annos indulgentiarum & totidem carenas. *Duodecimo*, Religiosus missus à Papa vel Legitimo Superiore ad terras infidelium vel hæreticorum prædicandi gratiâ, vel ad docendum ibi Catholicos, vel hæreticos convertendos &c. Si ad prædictum finem fuerit confessus & communicaverit, lucratur indulgentiam plenariam, sicut & quando ingreditur prædictam Provinciam, ad quam mittitur. *Decimo tertio*, Quando Superior in Visitatione Generali pro meliori

E 6

suc-



successu visitationis voluerit  
 instituere solitas 40. horas o-  
 rationis, singuli Religiosi, qui  
 durante spatiô orationis, di-  
 versis etiam temporibus per  
 intervalla duas horas oratio-  
 nis habuerint, rogando devo-  
 tē pro supradictis in tertia &  
 septima indulgentia, item  
 augmento regularis discipli-  
 næ, confessi & sacrâ commu-  
 nione refecti, lucrantur ple-  
 nariam indulgentiam & re-  
 missionem peccatorum. Post  
 hanc generalem revocatio-  
 nem & concessiones prædi-  
 ctas idem Pontifex Maximus  
 Paulus V. concessit nobis Mi-  
 noritis indulgentiam plenari-  
 am dicentibus coronam B. M.  
 Virginis ad instantiam Orato-  
 ris Hispaniæ in Curia Romana  
 agen-

age  
 den  
 nen  
 cor  
 tia  
 Re  
 vas  
 no  
 tur  
 Re  
 ter  
 tan  
 Sar  
 trib  
 dæ  
 Pro  
 me  
 præ  
 in  
 Pa  
 co  
 Mi



agentis & Commissarii in eadem Curia. Porro in hac generali Pauli V. revocatione comprehenduntur indulgentiæ olim concessæ ipsi directè Religiosis, quibus idcirco novas concessit in eadem Bulla, non autem comprehenduntur concessæ intuitu quidem Religionis, tamen indifferenter Christi Fidelibus, & visitantibus Ecclesias in festis Sanctorum Ordinis, confratribus confraternitatum chorde, zone, scapularis &c. Prout Paulus V. ipsemet postmodum declaravit. An autem prædicta revocatio manserit in suo vigore, postquam idem Paulus V. Bul. *Injuncti nobis* confirmans privilegia Ordinis Minorum dicendo se *confr-*

*mare*



*mare gratias, concessionem,  
indulta spiritualia, proinde  
censendus sit renovasse anti-  
quas indulgentias ab ipso an-  
tea revocatas nolumus dispu-  
tare, quod lubet tene, nihil  
obtinebit qui minus benè Pon-  
tificis mentem interpretatus  
fuerit, manum sistit proble-  
ma thesis, & factum est vespere  
& mane dies quartus.*

RESERATIO VIGESIMA  
SEXTA.

*Deus ter O. M. maxima Sacra-  
menta pro salute humani ge-  
neris in aquarum substantia  
condidit, signanter autem  
quinto sui operis die vivifica-  
tionis indidit eis gratiam,  
quâ mysticè designant vivi-  
ficum poenitentia Sacramen-  
tum.*

*Dixit*



**D**ixit autem Deus producant  
 aqua reptile animæ viven-  
 tis & volatile super terram sub  
 firmamento Cæli &c. Brevis ser-  
 mo sed vehemens communem  
 minimis & maximis naturam  
 infudit, aqua proindè blanda  
 quædam est effecta mater ani-  
 mantium, quæ cœlitus ani-  
 mat, mysteriosè creat, mor-  
 tuos divinitus vivificat, ita  
 ut per solam aquarum sub-  
 stantiam interpretari debeat-  
 mus Sacramenta mortuorum  
 Baptismum videlicet & Pœni-  
 tentiæ Lavacrum, quod ante  
 Divinum Christi Tribunal ad  
 abluendas humanæ vitæ ma-  
 culas Clementissimus Judex  
 diu noctuque patere & fluere  
 voluit, hoc est lavacrum,  
 quod Symbolicè per aquam,  
 mysti-



mysticè per vivificandi virtu-  
 tem quinto die originis natu-  
 ratæ Naturæ aquis impressam,  
 præsignatum intelligimus, &  
 processu ætatis Mundi per ma-  
 re illud vitreum coram Divini  
 Numinis Throno Joanni E-  
 vangelistæ in Pathmo osten-  
 sum, haud obscure apud Eccle-  
 siasticos Interpretes Divinis-  
 sima nostra referat Apocali-  
 psis; per vitreum certè mare,  
 quod, sicut & vitrum ipsum  
 lib. 36. Auctore Pliniô & magistrâ ex-  
 c. 2. perientiâ ex vili & sordida ni-  
 tri arenæque materia permix-  
 ta cõalescit, sic ex sordidis  
 scelerum fecibus congluti-  
 nante & fovente divinæ cha-  
 ritatis igne conficitur, mare  
 hoc non simile, sed idem pla-  
 nè ac illud, quod aneum an-  
 tea



tea à Salomone constructum  
 fuerat, non ut Sacerdotes bi-  
 berent, sed ut abluerentur,  
 neque ut solum semel ablu-  
 erentur, sed ad frequentem &  
 quotidianam planè sordium  
 ablutionem. Hòc unò mare  
 alterum alteri dissimile fuit,  
 ut, quod veteribus æneū erat,  
 fieret nobis vitreum, quia ab-  
 lutionis Sacramenta, quæ il-  
 lis ænea erant & obscura, nec  
 nisi lynceis oculis perspici po-  
 terant, pellucida nobis fiunt,  
 & clarissimis Sacerdotis absol-  
 ventis vocibus manifesta red-  
 duntur & perspecta. Ecce ab  
 aquis, quas Deus in unum lo-  
 cum congregavit & *appellavit*  
*Maria*, squalida & horrida  
 pœnitentiæ facies velut splen-  
 didissimo pelluciditatis pela-



go pulchritudinem, & candidam sui mutuatur notitiam, quod velut alter & iterabilis Baptismus à peccatis post Baptismum primum abluendi  
 Genes. *vinifcaturit æviternam. Dixit*  
 1. v. 20. *ergo Deus producant aqua reptile animæ viventis & volatile super terram, creavitq; Deus cete grandia & animam viventem atq; motabilem &c. Prægnantes aquæ squamatos pisces parturiunt innumeros: quo vergit illud Salvatoris parabolici Sermonis proloquium: Regnum Cælorum sagena est, que ex omni genere piscium congregatur, quâ impletâ secus littus sedentes Angeli eligunt optimos, malos autem mittunt in caminum ignis infernalis; ibi erit fletus*  
 Matth. *um: Regnum Cælorum sagena est, que ex omni genere piscium congregatur, quâ impletâ secus littus sedentes Angeli eligunt optimos, malos autem mittunt in caminum ignis infernalis; ibi erit fletus*  
 13. v. 47.  
 48.

tus  
 stis  
 ita  
 R

Ag



tus & stridor dentium intellexi-  
stis hæc omnia? etiam: perge  
itaque ad ea, quæ sequuntur.

RESERATIO VIGESIMA  
SEPTIMA.

De  
POENITENTIA  
VIRTUTE.

*Aqua poenitentia quæ virtus est  
seu contritionis, cujus natura  
substantialiter hic explicatur,  
sicut & attritionis, producitur  
tam expedita Cœli volatilia,  
ut ad Thronum Dei, quò alti-  
us creatura volare nequit, de-  
spectis cunctis terrenis & de-  
structis peccatis sese inimpedi-  
biliter ac evestigio attollant.*

Proo



**P**ROfundè de profundis claman-  
 mans ad Dominum ingeminat Psalmista : *Quis mihi dabit pennas sicut columba? & volabo, non corpore; sed animo, non mole vel ventre; sed mente in Deum: sine pennis, ait Job, semitam ignoravit avis. Dixit ergo Deus: producant aquae (aquas pœnitentiæ subaudi in acroasi mystica) volatile super Terram, Alitum Viatorum mansionē, sub firmamento Cœli, Civitatis Beatorum promotorio quò longè altiùs transcendens Christus Alitum Princeps & Prædestinatorum Aquila volavit super Cherubim: volavit super pennas ventorum, eoque continuis ad Salutem incitamentis provocat ad volandum pullos suos id est fideles suos*

Psal.  
 130. v.  
 3.

Job. 28.  
 v. 7.

Ps. 17.  
 v. 12.  
 Deut.  
 32. v.  
 11.



suos à bono commutabili ad  
 desideria æternorum, juxta id  
 Ambrosii: *in Cælo sedet, qui*  
*nos de conversione admonet, in-*  
*vitando Ecclesiam, ut sit velut*  
*avis fugiens & pulli de nido avo-*  
*lantes, quâ ratione incun-*  
*ctanter secundum Prophetam*  
*Ephraim, quasi avis avolavit*  
*de nido peccatorum; David*  
*autem instar Columbæ avo-*  
*lando de nido Mundi hujus ad*  
*æterna Tabernacula incom-*  
*mutabilium bonorum con-*  
*scendere gestiens, atque ex-*  
*tra se cum Deo in altissimis*  
*deambulans, in hanc psallendi*  
*necessitatem suaviter illectus*  
*cecinit: ecce elongavi, fugiens:*  
*elongavi me à memetipso, fugi-*  
*ens, à quo, & quorsum? à pec-*  
*catis ad Deum: quâ ratione?*  
 de-

Hom. 5.  
 Evang.

Esa. 16.  
 v. 2.

Osee 9.  
 II.

Psal.  
 130. v.  
 4.



detestando peccata commissa,  
 adulterium, homicidium &c.  
 Propter Deum super omnia  
 desiderabilia summè amatum.  
 Itaque Deus Pater, & Creator  
 omnium viventium de fonte  
 Spiritûs S. profluentem pœni-  
 tentiæ aquam fecit fœcundam  
 quandam Matrem volatilium  
 Cœli, id est, fidelium, *quæ sur-  
 sum sunt sapientium non quæ  
 super terram.* *Sitivit*, inquit,  
 Rex opulentissimus, *anima  
 mea arida & implumis ad De-  
 um fortem vivum: quando ve-  
 niam adjutus gratiæ alis (ne-  
 scit tarda molimina Spiritus S.  
 gratia) & apparebo ante faciem  
 Dei?* mox subjungit anhelans  
 anima felix aquarum profluvi-  
 um, quibus sitim temperat di-  
 cens: *fuerunt mihi lacrima  
 mea*

Pf. 41.  
 v. 2.

Pf. eod.  
 v. 3. &  
 seq.



*meæ panes die ac nocte, ecce ab*  
*aquis ad astra, ad Superos, &*  
*ultra: effudi, inquit, qui Spi-*  
*ritum suum jugiter scopebat,*  
*in me animam meam, scilicet*  
 contritionis aquâ absque nau-  
 fragio redundantem, in Mare  
 Divinæ Misericordiæ exone-  
 ravi, *quoniam transibo intelle-*  
*ctu & affectu duabus animæ a-*  
*lis in locum Tabernaculi admi-*  
*rabilis usq; ad Domum Dei, ni-*  
 mirum ibi fixus amantis ani-  
 mus, & absorptus ab omni-  
 bus terrenis, peccatisque de-  
 structis deliciatur, ac diligit  
 Deum super omnia amore a-  
 micitiæ detestando peccatum,  
 quatenus est summum malū,  
 & offensa Summi Boni supra  
 omnia amabilis, vel, ut alii, di-  
 lecti, perfecta proinde contri-  
 tio,

nilla,  
 &c.  
 nnia  
 tum.  
 eator  
 onto  
 ceni-  
 idam  
 lium  
 e sur-  
 e qua  
 quit,  
 nima  
 d De-  
 to ve-  
 (ne-  
 tus S.  
 aciem  
 elans  
 fluvio  
 at di-  
 rima  
 meæ



tio, peccatiq; extra Sacramen-  
tum cū voto ejus, deletiva in-  
telligitur esse dolor animi, ac  
detestatio peccati commissi ex  
motivo charitatis. Dolor au-  
tem vel detestatio, quæ à pœ-  
nitentia, speciali virtute, pro-  
ficiscitur, ex fine, seu actus est  
imperatus imperiò, pertinen-  
te ad irascibilem, proprius au-  
tem ejus & elicitus actus est  
velle vindicare tendens in ma-  
lum culpæ & pœnæ secundum  
affectum irascibilis. Pœnitentia hæc Specialis optimè ad jus-  
titiam punitivam reducitur  
à Doctore Subtili, est Theolo-  
gicis inferior, ab iisdem & aliis  
quæ sequuntur affectum  
concupiscentiæ, quin & à jus-  
titia commutativa, amicitia,  
Religione atque obedientia om-  
nino

Scotus  
4. d. 1.  
q. 2. n.  
4. 5. &  
seq.



mininò distincta, habens ho-  
 nestatem specie diversam. Ast  
 quomodo, si charitas sit supe-  
 rior, ut revera est, inferior im-  
 perat actum superioris? dico;  
 Non pœnitentiæ perfectioni,  
 ejusque motivo deferendum,  
 sed summæ voluntatis liberta-  
 ti, quæ potest uti se ipsâ & suis  
 habitibus reciprocè, aut quasi  
 circulariter imperando actum  
 unius ex motivo alterius. For-  
 midolosè loquuntur, & trepi-  
 dant, ubi non est timor, qui  
 putant non sufficere contri-  
 tionem sine formali amore  
 Dei, neque amorem Dei sine  
 contritione formali ad justifi-  
 cationem; nam dic, ubi est qui  
 habet seorsim alterutrum eo-  
 rum cum virtuali continentia  
 alterius, si non in Deo, &

F

Deus



Deus in eo? Sive quis per so-  
lam contritionem, sive per so-  
lam dilectionem Dei super o-  
mnia in vite Christo manserit,  
palmes aridus esse non potest:  
*qui in corde suo charitatem in-  
venerit securus sit, quia transit  
de morte ad vitam.* Formatus  
dolor seu contritio perfecta,  
per se loquendo, conjungi de-  
bet cum expresso proposito nō  
peccandi de cetero, ad omnia  
& singula peccata secundum  
individualement & numericam  
rationem nequaquam extendi  
necesse, secundum appretia-  
tionem, non intensionem,  
neque durationem necesario  
summa est; comparatio ad ap-  
pretiationis conceptum mali  
culpæ ad singula, quæ non  
sunt peccata, nec est necessa-  
ria,

Aug.  
tract. 5.  
In Joan  
epist.  
tom. 9.



ria, nec utilis; implicita, quæ  
 consistit in ipsomet actu abso-  
 luto, quo vult objectum su-  
 premò gradu adhæſionis fir-  
 mæ & immobilis, sufficit. *Bone*  
*vir*, comparare vis, librare vis  
 peccatum ad peccatum, tru-  
 tina bilancem, cujus sarcinam  
 in statera graviolem compe-  
 ris, magis abominari debes,  
 immò præelectio alicujus (qui  
 inter perplexitates velut rui-  
 nosas animi macerías conclu-  
 sus) conditionalis ista: *si alter-*  
*utrum faciendum, potius vel-*  
*lem sacrilegium, quàm furtum,*  
 mortalis est. Actus Contritio-  
 nis non est forma justificans,  
 repugnat illum effectivè pro-  
 cedere ab habitu charitatis,  
 ad quem infallibili legè dispo-  
 nit, *infallibili* inquam, ea ni-



mirum est contritionis cum  
 justificatione syntaxis, ut pro  
 comperto habeamus, eodem  
 instanti, in quo est contritio,  
 etiam sine actuali receptione  
 Sacramenti animam **VERBO**  
**DIVINO** maritali, anima,  
 quæ diligit, nupfit Altissimo,  
 Vidistin, *que volatilia Cæli,*  
*qualesve Alites producant &*  
*que* contritionis ac Dilectio-  
 nis Dei super omnia? Supra  
 Cælos Cælorum in Elyseo  
 Beatorum Campo, quasi in a-  
 rundineto discurrentes ad  
 cellissimum sese attollunt y-  
 nionis divinæ volatum, quem  
 non attingit sola attritio, seu  
 contritio imperfecta, esto ali-  
 às sit actus bonus, honestus,  
 supernaturalis, quo pœnitens  
 detestatur peccatum ex alio  
 mo-



motivo, quàm charitatis & dilectionis Dei super omnia, puta v.g. ex motivo gehennæ &c. Nolumus tamen attritionem illam ultimatè sistere in fuga gehennæ, aut retentione boni naturalis, quod per hanc tolleretur, cum hæc ut sic, utpote ad charitatem, *quæ est plenitudo legis*, inordinata, in mentem Tridentini venisse nullatenus videatur; sed sensu Christi Fidelium obviò, ulterius (quantumvis metu gehennæ, non charitatis motivo promoveatur) in Deum Ultimum Finem & Supremum hominis bonum tendere sub actibus fidei, timoris & spei per concupiscentiæ amorem concomitantibus, & concomitanter illam perficientibus, sic



ut illa sub his hominem ad  
perfectam charitatem dispo-  
nat & præparet.

RESERATIO VIGESIMA  
OCTAVA.

*Agua penitentiae virtutis ad  
procreanda ex peccatoribus  
terra volatilia Cœli, tam est  
necessaria, ut sit aut peniten-  
dum aut ardendum: adeo est  
efficax, ut animans propter  
peccata mortalia in Æthiopiis  
sani, propter venialium mul-  
titudinem & varietatem in  
pardum seu chameleonte  
versam super nivem dealbet;  
ita potens est, ut amissam gra-  
tiã post liminiõ redire jubeat,  
& gloriam eternam nostri ju-  
ris esse faciat.*

**P**œnitentiæ virtus in re vel  
in voto omni adulto, quæ  
vel



vel unicum premit peccatum  
 mortale, ad justitiæ resuscita-  
 tionem simpliciter necessaria  
 est necessitate medii & præce-  
 pti, quod est juris naturæ ab  
 ipso Deo indispensabilis; quã-  
 do tamen obliget cum timore  
 speculamur, etenim tenemus  
 non obligare statim post com-  
 missum peccatum, neq; quo-  
 ties per reminiscenciam lanci-  
 nat peccatoris conscientiam,  
 etsi etiam non solum in arti-  
 culo mortis, sed & antea ex  
 debito Reverentiæ ad Deum,  
 toties, quoties item tenetur  
 Deum amare super omnia,  
 immo & intrâ brevius sæpè  
 tempus tenet obligatio, tum  
 videlicet, quando peccator  
 habet debitum ordinandi mo-  
 res juxta regulas honestatis,



& servandi alia præcepta secundum diversitatem personarum, locorum, tentationum & similibus, occurrentia; doctrina vel opinio eorum, quod contritionis præceptum in termino vitæ adeo urgeat, ut sine illa ne quidem Sacramentum cum attritione mortalia delere valeat, casu quo occurrat pœnitenti incertitudo aut fallibilitas intentionis & jurisdictionis Confessarii, non caret probabilitate atque in praxi secura. Ecce, arcta quidem, at dulcis pœnitentiæ necessitas, nesciens quippe miseriæ telum rectâ tranare facit ad Cœlum, nam *quantum distat ortus ab occasu, longè, longissimè fecit à nobis iniquitates nostras, nequè ullus scele-*

Pf. 102  
v. 12.



scelerum etfi gravissimorum  
 numerus, cumulus,  
 unò verbò, nullus scelerum  
*puteus* tam profundè *ursit os*  
*suum* super caput peccatoris,  
 quæ pœnitentialis aquæ asper-  
 sio, plus quam *Nehemiæ*, non  
 consumat atque in nihilum re-  
 digat. Temerarium dogma est,  
 & Caininæ sobolis placitum,  
 quod Deus universali lege  
 magnis peccatoribus neget  
 concursum ad concipiendum  
 dolorem, omnique destituat  
 auxiliò sufficienti vel efficaci  
 ad pœnitendum, ut talibus sit  
 impossibile consequi vitam æ-  
 ternam. Vos ergò *Cacologi*  
*Theologi sentite de Domino in*  
*bonitate*, quia nemo homi-  
 num, quando de peccatorum  
 retractatione seriò & plenâ ad-

Mach.

2. c. 1.

v. 21.

F S

VER-



vertentiâ deliberat, quasi potentiâ solùm physicâ præditus, caret necessariò *potentiâ morali* etiam *mediatâ* ad impediendam impœnitentiam finalem, quæ malitiam habet specie distinctam ab aliis peccatis mortalibus. Aqua pœnitentiæ perfectæ seu contritionis omnem prorsus abluunt culpam, & prætereà reatum pœnæ æternæ in & extra Sacramentum, immò contritio aliqua valdè excellens ac in gradu heroico omnem pœnam temporalem, quam quilibet per opera satisfactoria, indulgentias, suffragia &c. valet extinguere. Efficax remedium & satisfactio pro peccato veniali est actus quicumque bonus ab operante ad hoc

re-



relatus; à priori contritio perfecta etiam extra Sacramentum ad remissionem venialium, quæ de se non exigit infusionem gratiæ sanctificantis, sufficit, de congruo, non de condigno; attritionis actus nequaquam, nisi in finem satisfactionis per modum meriti impetratorii adhuc applicatus fuerit. Porro, quævis peccatilia & venialiter commissa absterguntur per dignam Sacramentorum susceptionem, imò & sacramentalia, etsi non semper infallibiliter; constanter asserendum aliqua remitti post hanc vitam, in instanti Separationis animæ, non quidem intuitu gratiæ inhærentis, nec propter actus ab anima separata elicitos; sed intuitu o-



perum in statu viæ factorum. Peccata semel dimissa post recidivam nunquam repullulant, quo ad culpam aut debitum pœnæ, merita econtrà per peccatum mortale mortificata in pœnitentiæ viribus integrè, completè ac perfectè reviviscunt in ordine ad præmium substantiale gratiæ &

Pf. 106.  
v. 1. 2

gloriæ; quare peccatores, *confitemini Domino, quoniam bonus, quoniam in seculum misericordie ejus; dicant qui redempti sunt à Domino, dicant, quoniam misericordie Domini super omnia opera ejus, verùm quis sapiens & custodiet hæc, & intelliget misericordias Domini in tempore suo.*

Pf. 108  
v. ult.



RESERATIO VIGESIMA  
NONA.

De

POENITENTIA UT  
SACRAMENTUM  
EST.

*Elucidatur, quando Sacramen-  
tum poenitentiae, quod Chri-  
stus Joannis 20. instituit, my-  
sticè producat non duntaxat  
volatile super Terram, uti  
poenitentia virtus, sed & re-  
ptile & omnem animam vi-  
ventem & motabilem. Par-  
tes Sacramenti poenitentiae as-  
signantur, item an intrinsecè  
componant cum forma, pra-  
xis deniq; in executione sen-  
tentiae seu usu clavium servan-  
da declaratur.*



Gen. 1.  
7, 21.

**C**reavitq; Deus cete grandia  
 & omnem animam viven-  
 tem atq; motabilem, quam pro-  
 duxerant aqua in species suas &c.  
 audiyisti? legisti? putasne in-  
 telligis, quæ legis? quid est cre-  
 avit Deus &c. quæ jam tum  
 produxerant aquæ? illa, quæ  
 antecedenter ab aquis perfe-  
 ctè & secundum species suas  
 producta fuerant, nihiloteci-  
 us creavit, id est, non *de*, *in*  
 vel *ex* subjecto & præjacente  
 materia, sed nihilo sui,  
 tam essentiæ, quàm exi-  
 stentiæ produxit? dic, a-  
 mabo, dic, intelligis? & quo-  
 modo possum, ais, quia Eunu-  
 chum sapias, si non aliquis osten-  
 derit mihi? rectè respondisti,  
 ibi quippe cæcutit Pythago-  
 ras, cespitat Plato, filet &  
 cau-

ex Act.  
9, v. 18.



causarum frangi catenam auream miratur Aristoteles, ubi loquitur Moyses, *creavit*, inquit, *Deus cete grandia & omnem animam &c. quam quasi ex utero produxerant aquae* tali fatu divinitus gravidæ, quem Naturâ naturantè id est Deo Naturæ Auctore imperante in quinto Genesis die quasi ex infinita virtutis scatebra parturire jubentur, *ipse dixit, Deus, & facta sunt, ipse mandavit & creata sunt.* Ad mystica deduco, porrige manum: *creavit Deus cete grandia, &c. quae produxerant aquae*, intellige, grandia peccatorum monstra & squamata reptilia, quibus in abstrusa cordis humani latebra, quasi in utero atque immenso iniquitatum

Pf. 148.  
v. 5.

ba-

andia  
rven-  
r pro-  
as & c.  
ne in-  
t cre-  
tum  
quæ  
perfe-  
suas  
bleci-  
le, in  
cente  
sui,  
exi-  
c, a-  
quo-  
unu-  
osten-  
disti,  
nagoa  
et &  
cau-



barathro delitescencia, per a-  
 quam Sacramenti Pœnitentiæ  
 funditus detectâ e mentiri vul-  
 tus larvâ aperiri, & omnium  
 in specie apocalypsin ex ipis  
 abditissimis conscientia ruder-  
 ribus, ruderumque implexis  
 bus fieri ac produci mandavit;  
*creavit*, inquit Nomotheta  
 Divinus, non ut peccatum es-  
 set? absit hoc; sed quod laten-  
 tererat, patenter in iudicio  
 appareret: *creavit* dixit, quod  
 intus productum latebat, foris  
 coram Iudice improductum  
 non maneret: *creavit* dixit,  
*omnem animam viventem atq;*  
*motabilem*, videlicet omnem  
 animam, quæ letho peccati  
 extincta, omnibus orbata vi-  
 talibus ad salutem functioni-  
 bus, observantiam mandato-

rum



rum pertaxa, imminentis rui-  
næ & præsentissimæ jacturæ, sa-  
lutis æternæ immemor, ut di-  
citur:

Sic vivunt homines, tanquam mors  
nulla sequatur

Et velut infernus fabula vana  
foret.

S. Bru-  
no

Carth.  
Funda-  
tor.

Hujusmodi, inquam, ani-  
mam quam produxerant aquæ  
Sacramenti pœnitentiæ, *viven-  
tem* fecit per gratiam Sanctifi-  
cantem, mortuos vivificantē;  
*aq. motabilem*, id est, salutis  
suz studiosam ad opera bona  
excitando & per vivam fidem,  
frequentationem hujus Sacra-  
menti pœnitentiæ, quod Chri-  
stus Dominus in discipulos  
insufflans potestativè instituit  
dicens Joan. 20. Accipite Spi-  
ritum Sanctum: *quorum re-  
mise-*

*mise-*



Joan.  
20. v.  
23.

*miseritis peccata remittuntur  
eis, & quorum retinueritis re-  
tenta sunt*: video, capis scri-  
pturam, & fundatis in ea fi-  
dem facis definitionibus CC:  
Florent. in Decreto Eug. Con-  
stant. ses. 13. Trid. ses. 14. Ni-  
mirum hunc ritum judicia-  
lem, quo Sacerdotes legitime  
consecrati collata sibi à Chri-  
sto Domino potestate absol-  
vunt dignos, ligant indignos,  
esse verum Sacramentum atq;  
à Baptismo distinctum. Ejus  
materiam remotam perspe-  
ctam habes ex jam accommo-  
dè dictis, quod sint peccata post  
Baptismum commissa mortalia,  
venialia, dubia & aliàs  
confessa; materia proxima  
sunt actus poenitentis *contri-  
tio, confessio & satisfactio.*  
Com-

Trid.  
ses. 14.  
c. 1. 2.  
& 3. &  
can. 1.  
2. 3.



Componantur hæ partes in-  
 trinsecè cum forma Sacramen-  
 tum pœnitentiæ, cum bona  
 pace Scotistarum, contra Sco-  
 tum nihil loquimur, proble-  
 ma sit, quo ad contritionem  
 & confessionem. Sitne contri-  
 tio perfecta vel solùm attritio  
 ad effectum Sacramenti perin-  
 dè est, quæcunque sufficiens  
 pro una valida absolutione à  
 peccatis, potest quoque suffi-  
 cere mediante aliâ confesio-  
 ne de iisdem confessis semel  
 atque iterum pro altera valida  
 absolutione, ut semper pro-  
 cedat ex intentione formaliter  
 vel virtualiter relata ad  
 confessionem necesse non est;  
 ejus defectu Sacramentum ne-  
 quit esse informe, & tamen va-  
 lidum. Omnino suadendum  
 Chri-

untur  
 is re-  
 feri-  
 ea fi-  
 CC:  
 Con-  
 Ni-  
 dicia-  
 gitimè  
 Chri-  
 absol-  
 gnos,  
 n atq;  
 Ejus  
 erspe-  
 mmo-  
 ta post  
 norta-  
 z aliàs  
 oxima  
 contri-  
 factio.  
 Com-



Christianis, ut contritionem  
 effectivè locient confessioni,  
 quod altera alteram physicè  
 diu præcedat (salvâ morali  
 contritionis ad confessionem  
 conjunctione) Sacramento  
 nihil officit, quia confessio  
 virtualiter manens elevatur  
 per dolorem subsequenter,  
 quò peccata prænarrata abso-  
 lutioni sacramentaliter subji-  
 ciuntur. *Forma absolutionis,*  
 quæ absenti, vel scripto dari  
 nequit, consistit in *absolve te,*  
 cujus sensus adæquatus & ve-  
 rus est veritate formali, quom-  
 vis homo per contritionem  
 vel confessionem justificatus  
 esset: *ego potestate judiciali*  
*mihî commissâ, tibi, quantum*  
*est ex me, remitto, seu condo-*  
*no tibi peccata tua per hoc Sa-*

cræ



cramentum, quod per se re-  
 missivum est, mediante gra-  
 tiâ, peccati. Porrò in praxi,  
 cum pœnitentem absolvere  
 voluerit Confessarius, sequen-  
 tia, quæ Rituale Rom. præ-  
 scribit exactè calleat & faciat  
 oportet: injunctâ ei prius &  
 ab eo acceptatâ salutarî pœni-  
 tentiâ primò dicit: *Misereatur*  
*tui Omnipotens Deus; Et di-*  
*missis peccatis tuis perducat te*  
*ad vitam æternam, Amen.* De-  
 inde dextrâ versus pœniten-  
 tem elevatâ dicit: *Indulgen-*  
*tiam, absolutionem Et remis-*  
*sionem peccatorum tuorum tri-*  
*buat tibi Omnipotens Et Miseri-*  
*cors Dominus Amen. Dominus*  
*noster Jesus Christus qui est*  
*summus Pontifex te absolvat,*  
*Et gratiam copiosam infundat;*  
 Et

onem  
 sioni,  
 hylicè  
 norali  
 onem  
 nento  
 fessio  
 evatur  
 item,  
 abso-  
 subji-  
 tionis,  
 o dari  
 lvo re,  
 & ve  
 qu im-  
 onem  
 ficatus  
 diciali  
 antum  
 condo-  
 roc Sa-  
 cra



Et ego auctoritate ipsius te ab-  
 solvo ab omni vinculo excom-  
 municationis, suspensionis, Et  
 interdicti, in quantum possum  
 Et tu indiges; Deinde eadem  
 auctoritate ego te absolvo à pec-  
 catis tuis, in nomine Patris Et  
 Filii Et Spiritus Sancti, Amen.  
 Si pœnitens sit laicus, omitti-  
 tur verbum, suspensionis. Pas-  
 sio Domini Nostri Jesu Christi,  
 merita Beate Mariæ Virginis,  
 Et Omnium Sanctorum: quid-  
 quid boni feceris Et mali susti-  
 nueris, sint tibi in remissionem  
 peccatorum, augmentum gra-  
 tia Et premium vite aeternæ,  
 Amen. In Confessionibus  
 autem frequentioribus & bre-  
 vioribus omitti potest, mise-  
 reatur &c. Satis erit dicere,  
 Dominus Noster Jesus Christus  
 Et c.



*Ec.* Ut supra usque ad illud,  
*Passio Domini Ec.* Urgente  
 verò aliquā gravi necessitate  
 in periculo mortis, breviter  
 dicere poterit: *Ego te absolvo*  
*ab omnibus censuris Ec*  
*peccatis, in nomine Patris Ec*  
*Filii Ec Spiritus S. Amen.* Hæc  
 ad praxin Rit. In pœnitenti-  
 um concursu hac similive bre-  
 vi formulâ uti potes: *Ego te*  
*absolvo ab omni censura quan-*  
*tum possum, si quam incurristi,*  
*deinde ego te absolvo à peccatis*  
*tuis In nomine Patris Ec Filiū*  
*Ec Spiritus Sancti, Amen.*

### RESERATIO TRIGE- SIMA.

*Penitiūs reseratur, qualiter aque*  
*pœnitentiales, mediante con-*  
*fessione, jure divinò necessariâ*  
*cete*

*cete*



144  
cetera grandia & reptilia in hoc  
Sacramento producantur secun-  
dum genus & suas species,  
immò sigillatim & secundum  
numerum perfectè, distinctè  
atq; integrè integritate mate-  
riali aut saltem formali.

Trid.  
sess. 14.  
c. 6.

**S**I quis negaverit Confessio-  
nem Sacramentalem vel in-  
stitutam, vel ad salutem neces-  
sariam esse jure divino & c. Ana-  
thema sit; anathema; quia  
Dominus Noster Jesus Christus  
è terris ascensurus ad coelos re-  
liquit Sacerdotes sui ipsius Vica-  
rios tanquam Praesides & Judi-  
ces, ad quos omnia mortalia  
crimina deferantur, in qua  
Christi Fideles ceciderint, quo  
pro potestate clavium remissio-  
nis aut retentionis peccatorum  
sententiam pronuncient. Con-  
stat



stat enim Sacerdotes iudicium  
 hoc incognitâ causâ exercere  
 non potuisse, neq; equitatem qui-  
 dem in pœnis injungendis serva-  
 re potuisse, si in genere dunta-  
 xat & non in specie ac sigillatim  
 sua ipsi peccata declarassent. Er-  
 gô de fide tenendum, confes-  
 sionem Sacramentalem de o-  
 mnibus peccatis mortalibus  
 post baptismum commissis, &  
 nondum legitimè confessis,  
 quæ factò moraliter diligenti  
 examine (quod requiritur)  
 discutienti conscientia suæ si-  
 nus & latebras occurrunt, fie-  
 ri debere, non tantùm quo ad  
 genus vel speciem, sed etiam  
 quo ad numerum cum cir-  
 cumstantiis mortalium, non  
 solum ex præcepto divino, sed  
 etiam ad valorem Sacramenti.

G

re-

in hoc  
 secur-  
 species,  
 undum  
 istincte  
 e mate-  
 i.  
 nfectio-  
 vel in-  
 a neces-  
 c. Ana-  
 i quia  
 bristus  
 elos re-  
 us Vica-  
 i Judi-  
 mortalia  
 in qua  
 re, quo  
 remissio-  
 atorum  
 e. Con-  
 stat



requiratur, faciatque, qui scienter in confessione unicum peccatum mortale reticeat confessionem sacrilegam & irritam.

Circumstantiæ speciem mutantem, aggravantes in infinitum, imò & aggravantes intra eandem speciem, quæ tamen notabiliter ad integritatem materiæ & malitiæ quædam extensionem substantialem spectant, five in quibus malitia ad objectorum pluralitatem se extendit, five tandem, quæ virtualiter, etsi non formaliter, disparatas omnino malitias continent, sunt in confessione explicandæ & à Confessario expendendæ; ceteræ quæ in mera circumstantia aggravant taceri possunt.

Qui



Qui numerum peccatorum,  
 examine sufficienter præmisso  
 certum & determinatum ex-  
 plicare nequit, & putet veri-  
 similiter, quod appropinquet  
 numero certo per particulas  
*plus minusve*, eas addendo satis-  
 facit, nullatenus tamē adhiben-  
 dae sunt. & quasi levi lingua  
 quemvis numerū in genere di-  
 vinando usurpanda, sed juxta  
 J.C. qui in hoc sequendus, ad mi-  
 nutā summam referri debent,  
 quanta verō esse debeat, uni-  
 versali regula nequit definiri;  
 hæc usitata quorundam regu-  
 la, *quo major est numerus, qui  
 nominatur, major etiam nume-  
 rus possit intelligi verbis illis,*  
 PLUS MINUSVE, omnino ut  
 jacet in terminis, secundum  
 proportionem arithmetica

l. hæc  
 adje-  
 ctio.  
 192. ff.  
 de ver-  
 borum  
 signifi.



intellecta rejicienda est, secundum geometricam accipienda. Pœnitens, qui numerum ne quidem verisimilem cognoscere potest, aperire debet candidè in qualibet specie peccatorum, statum suum, malitiam, consuetudinem, inclinationes pravas, incentiva &c. frequentiam lapsus per diem, septimanam &c. durationem temporis, quo in peccatorum commissione, complacentia & volũtate permanferit &c. Ex his prudens Confessarius statum melius cognoscet, quam extorquendo numerum verisimilem vix benè perpensum, præsertim à rusticis, qui sæpè absque ullo iudicio & verisimilitudine, intra brevissimum tempus, quò



quò se examinant in ipso confessionali, per excessum quasi divinando dicunt: *feci plus centies, plus millies, millies millies & ultra ut verbis dici, nec millionum myriades numerum adquare non valeant.*

Hiscè misellis sanguine Christi redemptis, quorum nomina supra Reges & Principes, Doctos & Religiosos scripta sunt in libro vitæ; Confessarii non sint importuni, sed charitate & compassione pleni suaviter manducant hujusmodi parvulos bonæ voluntatis, quibus ante omnes Angeli pacem annunciarunt in terra; meminerint ergo Confessarii, non omnia, quæ juxta metaphysicam & scholasticam disputationem vera signifi-



cantur, debere eò ipso, aut  
 posse in uniuersum ad praxin  
 applicare, nam ad praxin hu-  
 jus Sacramenti consideran-  
 dum non solum est, quod ut-  
 cunque verum quasi in abstra-  
 cto sit; sed quod etiam huma-  
 nò modo & moraliter fieri pos-  
 sit & deceat, ita ut remedium  
 hoc suauitate & dulcedine  
 plenum, non fiat impossibile  
 fragilitati humanæ, & velut  
 carnificina, ut calunniantur  
 hæretici. De dubiis dubiè  
 loquuntur Theologi, si sit du-  
 bium facti, inquirunt, an com-  
 miserit peccatum nec ne, cum  
*sit melior conditio possidentis,*  
 dubitantius confiteri nō tene-  
 tur, secus est, si de sola qualitate  
 dubitet, ac proinde quedam  
 dubia



dubia confitenda, quædam mi-  
nimè: Contraria nihilominus  
opinio, quæ universaliter o-  
mnia dubia in confessione ex-  
plicanda affirmat, & prope-  
modum asserit id esse juris di-  
vini, tenenda est; cessante  
tandem dubietate eadem de-  
nuo confiteri ut certa, nulla  
est obligatio, cum sit directè,  
directissimè ab illis absolutus;  
idem dicimus de eo, qui se ac-  
cusat peccati per *plus* vel *minus*  
v. g. decies commissi, esto de-  
inde videat se duodecies sive  
octies fecisse. Certum est, in-  
tegritatem materiale non  
semper in confessione obser-  
vandam, quin ab ea excusat  
ignorantia sive obliuio, im-  
potentia, grave damnum pœ-  
nitentis aut tertii, adeo, ut se



quando rationem probabilius  
 fit, complicem non esse reve-  
 landum propter Confessionis  
 integritatem; ad oblivionem  
 reduci potest probabilis cre-  
 dulitas de confessione facta,  
 vel quod non sit mortale, im-  
 mō in casu, quō damnum ani-  
 mæ, verisimilis fractio sigilli,  
 vel simile quidpiam obstet,  
 cui ipse pœnitens præjudicare  
 non valet, non solum potest,  
 sed etiam tenetur non integrè  
 confiteri. Moribundus po-  
 test & debet absolvi, si absen-  
 te confessariō coram aliis, vel  
 etiam unico solo teste, prius-  
 quam loquelam vel rationis  
 usum amisit, confitendi desi-  
 derium exhibuerit, etsi Con-  
 fessario præsentem nullum am-  
 plius exhibere valeat, imō  
 sen-



sententia, quod Christianus Orthodoxus qui repentinò præventus morbò, adeo sensuum operatione destituitur, ut nequeat signa doloris dare, neque Confessarium postulare, si vitam catholicè peregerit, præsertim per Missæ & Sacramentorum frequentationem, sub conditione absolvendus sit, adeo probabilis est, atque Piorum Parochorum praxi usitata, ut contrariam doctrinam, quæ non solum *consequentias*, sed *animas* concludit, è Scholis Catholicorum procul deturbari ac proscribi desideremus.

Jure divinò non est determinatum tempus, quo peccator debeat confiteri post Baptismum, quare tempus ex iis

G § de-



determinandum legibus & circumstantiis, quibus sub peccato mortali, vel necessitate salutis tenetur esse in gratia v. g. in periculo mortis, naufragio, gravi morbo, quò Pius V. Medicis legem dixit, ne visitent infirmum ultra tertium diem, nisi constet de eius confessione. Omnes Fideles peccato mortali obnoxii tenentur jure Ecclesiastico semel in anno ad faciendam confessionem mortalium, (venialia nullò jure ad hoc Tribunal spectant;) confessione nullà & irrità non satis fit præcepto communionis paschalis distincto, neglectum unius anni de facienda confessione præceptum, annò sequenti probabiliter instaurari non potest



is & p  
 sub  
 cesfi  
 i gra  
 ortis,  
 , quò  
 dixit,  
 ra ter  
 de e  
 es Fi  
 noxi  
 cò se  
 ndam  
 n, (ve  
 e Tri  
 sione  
 t præ  
 chalis  
 unius  
 sione  
 uenti  
 non  
 potest

potest, cui tamen placet sen-  
 tentia opposita, consequen-  
 tia inde nata, quod tùm unâ  
 confessione duplex obligatio  
 pro anno videlicet præterito  
 & præsentis extingatur, dis-  
 plicere non debet. Porro,  
 Sacramentalis confessio ex in-  
 stitutione Christi quidem se-  
 creta est, per interpretem ta-  
 men fieri, scriptò, vel nutu  
 nihil vetat. Qui scienter & à  
 proposito committit menda-  
 cium vel falsitatem in materia  
 gravi & necessaria confessio-  
 nis sacramentalis, peccat mor-  
 taliter, & confessionem des-  
 truit, de peccato veniali,  
 quod quis negat commissum,  
 aut falsò affirmat, aliter senti-  
 as, & sequentes versus, 16. con-  
 fessionis qualitates exprimen-  
 tes ediscas: Sit



( Qua- )	Sit simplex, humil' s confessio, pu-
litares	ra, fidelis,
con-	Arq; frequens. nuda & discreta, li-
fessio-	bens, verecunda,
nis Sa	In egra, secreta, & lachrymabilis,
cra-	accelerata,
men-	Fortis & accusans, & sit parere pa-
( talis. )	rata.

Ex sedecim his, quarum plu-  
res coincidunt, hæc 3. ad valo-  
rem & substantiam faciunt;  
nimirum ut confessio sit dolo-  
rosa, vera atque integra.

### RESERATIO TRIGESIMA PRIMA.

*Quemadmodum aqua Gen. 1.  
tacente Deo steriles, loquente  
Deo fecunda fuerunt, ita Sa-  
cra-  
mentum Penitentia si-  
ne Deo, cujus vices in terra  
gerunt Sacerdotes approba-  
ti, & jurisdictionem haben-  
tes,*



tes, sunt steriles, Deo per suos Vicarios loquente fiunt ad effectum remissionis peccatorum fecunda, agitur hic itaq; de Ministro presertim quo ad casus reservatos, & ejus approbatione.

**E**Xtra controversiam est, Ministrum Sacramenti poenitentiae esse solum Sacerdotem; Trident. Si quis dixerit non solos Sacerdotes esse Ministros absolutionis, sed omnibus & singulis Christi Fidelibus esse dictum: Quaecumq; ligaveritis super terram, erunt ligata & in Caelo, & quaecumq; solveritis super terram, erunt soluta & in caelo. Item: quorum remiseritis peccata remittuntur eis, & quorum retinueritis retenta sunt.

Trid.  
ses. 14.  
c. 6.  
can. 10.

Matth.  
16. v. 11.

Joan.  
20.



„sunt: quorum verborum vir-  
 „tute quilibet absolvere possit  
 „peccata, publica quidem per  
 „correctionem duntaxat, si  
 „corruptus acquieverit, secre-  
 „ta verò per spontaneam con-  
 „fessionem, anathema sit.

Quid clarius? ad licitè ta-  
 men & validè absolvendum  
 sæculares (Regulares non  
 concernit) requiritur, ut Sa-  
 cerdos ritè sit approbatus ab  
 Episcopo vel Confessarii, vel,  
 quod probabilius asseritur, ab  
 Episcopo pœnitentis, in pra-  
 xi tutissimum est, approbatio-  
 nem procurare ab Ordinario  
 Domicilii, & dum in alia Diœ-  
 cesi versatur, similiter eam à  
 Diœcesano obtineat, si ibi  
 confessiones subditorum illi-  
 us excipere velit, sententia  
 quip-



quippe, quod qui approbatus  
 ab uno Episcopo, censeatur  
 approbatus in aliis Diocesi-  
 bus, atque ubivis locorum ad  
 confessiones audiendas post  
 Bullam Urbani VIII, quæ inci-  
 pit: *cum sicut accepimus* datam  
 12. Septembris 1628. & post  
 Breve Innocentii X. Alexan-  
 dri VII, 1659, die 30. Januarii  
 parum tuta, & in praxi Curia  
 improbabilis, imò declaratio  
 Congregationis Generalis  
 Romanæ & Universalis Eccle-  
 siæ in Palatio Apostolico  
 Montis Quirinalis coram San-  
 ctis. D. N. Alexandro VII, eo-  
 que approbante, celebrata  
 qualificavit eam falsam & ani-  
 marum salutem perniciosam an-  
 nò, die supercit. Approba-  
 tio per modum justæ senten-  
 tiæ



tia datur, proinde transit in rem judicatam, & absque rationabili causa suspendi non debet, approbatio petita, ab Episcopo negata nequaquam sufficit ad legitimandum Sacerdotem secularem pro ministerio hujus Sacramenti licito & valido, id quod asserunt non absque fundamento gravissimi Theologi de Regularibus etiam, si excipias Prædicatores & Minores ob Clementinam *Dudum de Sepulturis* juri canonico insertam, ut juxta formam ibi præscriptam præsentati, ac ab Episcopis rejecti habeantur ab ipsa Sede Apostolica pro approbatis.

In Ministro Sacramenti penitentia ultra potestatem Ordinis, Jurisdictionis ac appro-  
ba.



bationem à jurisdictione sepa-  
 rabiliter distinctam requirun-  
 tur insuper quasi diversarum  
 qualitates personarum, nimi-  
 rum: *Judicis Docti; Medici ex-*  
*perti; Doctoris probati*, ac de-  
 nique *Pastoris ovem minantis*:  
*Docti Judicis* quidem, ut sal-  
 tem in habitu & virtualiter  
 gravitatem, sive ex genere, si-  
 ve ex circumstantiis ad sui anne-  
 xam dijudicare, ad minimum  
 prudenter in ordine ad con-  
 sultationem & studium neces-  
 sarium, dubitare sciat; scire  
 etiam tenetur casus reserva-  
 tos; qui habeant censuram  
 annexam, casus contra præce-  
 pta divina tam naturalia, quàm  
 positiva, item contra Eccle-  
 siastica utpote impedimenta,  
 casus matrimonii, status cle-



ricalis &c. quare qui eligunt  
 vel promovent scienter talem,  
 qui huiusmodi scientiam non  
 habet, imò & qui permittit se  
 eligi aut promoveri, cum pos-  
 sit impedire; peccant morta-  
 liter, esto confessio talis bonâ  
 fide facta pro valida cenfieri  
 debeat. *Medici* qualitates in  
 ministerio requiruntur, ut  
 sauciatis conscientis mederi  
 possit; *Doctores probati*, ut pru-  
 denter dubia (salvâ pœnitentis  
 opinione probabili, cui in hoc  
 foro Confessarius etiam con-  
 tra propriam se conformare  
 debet) resolvat, ignorantias &  
 errores in materia salutis ma-  
 nifestet, parietem conscien-  
 tiæ ingenuâ dexteritate fodi-  
 at, ut abominationes, quæ in  
 tenebris sunt ad lucem prodi-  
 re



re faciat, attamen ob notitiam  
 ex confessione alterius hau-  
 stam non est alteri peccatum  
 suum differenti neganda abso-  
 lutio, cum tali non magis pro-  
 se, quam contra se credere re-  
 meatur; *Pastoris*, ut charita-  
 te fervens oviculam infirmam  
 suis quandoque humeris por-  
 tet, & soletur, quandoque et-  
 iam terrore feriat ad salutem.  
 Curati tenentur audire con-  
 fessiones subditorum per se,  
 vel per alium, non solum in  
 Paschate & articulo mortis, ut  
 & quivis alius, sed quoties-  
 cunq̄ aliàs necessarium est,  
 aut ad pœnitentis spirituale  
 augmentum valde utile &  
 proficuum. *Fratres Minores*,  
 & alii eorum privilegia parti-  
 cipantes à suis superioribus  
 de-

igunt  
 alem,  
 non  
 ttit se  
 n pos.  
 norta-  
 s bonâ  
 enleri  
 tes in  
 , ut  
 ederi  
 t pru-  
 tentis  
 in hoc  
 con-  
 rmare  
 tias &  
 is ma-  
 scien-  
 fodi-  
 quæ in  
 prodi-  
 re



deputati, & ab Episcopis approbati possunt audire confessiones omnium utriusque sexus Fidelium (sub quibus etiam intellige personas Religiosas, nisi per speciale statutum prohibeantur) non solum ad eorum Ecclesias recurrentes, sed etiam aliarum quarumcunq; Provinciarum, Civitatum & Dioceseon per universum Orbem, in domibus etiam privatis, tempore item Paschali iis confitendo satisfaciunt Canonis, *omnis utriusque sexus*, dummodo communionem paschalem sumant in propria Parochia. Indubitatum est, posse Praelatos, qui peccata reservant, atque eorum improporcionata jurisdictione Superiores, posse, inquam,



quam, directè & per se ordi-  
nariâ potestate à casibus sibi re-  
servatis absolvere. Episcopis  
in Concilio Tridentino con-  
ceditur facultas suos subditos  
absolvendi à casibus occultis S.  
Sedi reservatis per se, vel per  
Vicarium ad id specialiter de-  
putatum, absolutio ab hæresi  
eis, non eorum Vicariis est  
permiffa. Reservatio terminas-  
tur & concluditur regimine  
territorii & non Personis, un-  
de peregrini, Scholastici, Mer-  
catores propriam Diœcesim  
habentes, absolvi possunt à  
prædictis casibus ab alieno E-  
piscopo, imò & à quocunq̃ue  
Confessario in aliena Diœcesi,  
in qua non reservantur, si bo-  
nâ fide eam adierint. Si quis ur-  
gente præcepto communio-

Ses. 24.  
c. 6.



nis aut celebrandi missam non  
 habeat copiam accedendi per  
 se, vel per alium ad eum, qui  
 possit absolvere à casibus re-  
 servatis, quibus est obstrictus,  
 licitè dimidiare potest confes-  
 sionem, & ita confessus absol-  
 vi directè à non reservatis in  
 confessione expressis, indire-  
 ctè à reservatis in confessione  
 omisissis, cum onere confiten-  
 di reservata habenti potesta-  
 tem. Si potest adiri Superior,  
 cui sunt peccata reservata, &  
 ille non possit audire integrâ  
 confessionem, velit tamen  
 audire reservata, & tunc o-  
 misissis cæteris potest superior  
 tollere reservationem, vel a-  
 lium delegare, cum potestate  
 absolvendi, vel dare potesta-  
 tem eligendi Confessariū, qui  
 eum



non  
 per  
 qui  
 re-  
 ctus,  
 nses-  
 absol-  
 tis in  
 direc-  
 sione  
 fiten-  
 testa-  
 erior,  
 ta, &  
 tegrā  
 amen  
 nc o-  
 perior  
 vel a-  
 testate  
 otesta-  
 ū, qui  
 eum

eum absolvat; potest præterea Superior Confessario auctoritatem postulanti pœnitentiam secretam imponere, aut imponendam à Confessario taxare, quam & imponere tenebitur sub peccato mortali, & pœnitens acceptare, si à reservatis absolvi velit: Quicumque Superior voluerit audire Sacramentaliter peccata reservata, obligatur sub peccato mortali, cessante gravissimā necessitate, omnia peccata mortalia illius præter reservata audire, atque ab iisdem absolvere. Dummodo quis confitetur casum reservatum, probabilissimè cessat reservatio, etiamsi invalida sit, idem dicimus, si confessus fuerit alicui habenti potestatem

cum



cum intentione plenè confi-  
 tendo & plenam absolutio-  
 nem à reservatis accipiendi,  
 proinde non nisi inculpabili-  
 ter obliviscitur peccati alicu-  
 jus reservati, talis potest postea  
 à quocunque communi con-  
 fessario ab isto reservato absol-  
 vi. Regulares Praelati Fratrum  
 Minorum, Generalis, Provin-  
 ciales & eorum Vicarii possunt  
 absolvere suos subditos, et-  
 iam hospites ab omnibus ca-  
 sibus à quibus possunt Ep-  
 piscopi suos, imò ab omnibus  
 commissis ante vel post in-  
 gressum Religionis, & à qui-  
 buscunque censuris à jure, vel  
 à Judice generaliter promul-  
 gatis, nisi tam enormes fo-  
 rent, quod sint ad Sedem Apo-  
 stolicam destinandæ. Super-  
 rior

rior  
 & e  
 tate  
 qui  
 peti  
 grav  
 si ei  
 quâ  
 cede  
 vole  
 perf  
 quin  
 aut  
 RES  
 Reso  
 sin  
 &  
 R  
 ca  
 re  
 à  
 po



rior ex justitia, ratione officii,  
 & ex charitate tenetur facultatem concedere Confessario, qui nomine pœnitentis illam petit, quotiescunq̄ue credit graviter subdito obfuturum, si ei petita negetur facultas, quâ in re petens ita cautè procedere debet, ut Superior, si volet, in notitiam casus, non personæ, possit devenire, alioquin reus erit fractionis sigilli, aut secreti naturalis.

### RESERVATIO TRIGESIMA SECUNDA.

*Resolvitur quinam de jure possint casus reservare, item quot & qui, possint reservari à Regularibus, ubi referuntur casus pro Regul. à Clem. VIII. reservati, & Bulla Cœnae quæ à solo Summo Pontifice absolvi possunt.*

H

Su-



**S**upremus Ecclesiæ Hierar-  
 cha Pontifex Rom. plenis-  
 simam possidet jurisdictionem  
 reservandi casus respectu toti-  
 us Ecclesiæ, Episcopi juxta ra-  
 tionabilem voluntatem Pon-  
 tificis respectu totius Diœce-  
 sis, Generales item respectu  
 Ordinum, Provinciales respec-  
 tu Provinciarum quantum  
 est ex natura rei, jam tamen  
 Clemens VIII. per specialem  
 Bull. anno 1593. eorum pote-  
 statem restrinxit ad undecim  
 casus sequentes in Bulla ex-  
 pressos. 1. Veneficia, incan-  
 tationes, sortilegia. 2. Apo-  
 stasia à Religione sive habitu  
 dimissio, sive retentio, quando  
 eo pervenerit, ut extra septa  
 Monasterii seu Conventus fi-  
 at egressio. 3. Nocturna &  
 fur.



furtiva è Monasterio egressio, etiam non animo apostatandi facta. 4. Proprietas contra votum paupertatis, quæ sit peccatum mortale. 5. Juramentum falsum in iudicio regulari seu legitimo. 6. Procuratio, auxilium seu consilium ad abortum faciendum, post animatum fœtum etiam effectu non secutõ. 7. Falsificatio manûs aut sigilli Officialium Monasterii seu Conventûs. 8. Furtum de rebus Monasterii seu Conventûs in ea quantitate, quæ sit peccatû mortale. 9. Lapsus carnis voluntarius, opere consummatus. 10. Occisio aut vulneratio, seu gravis percussio, enjuscunq; personæ. 11. Malitiosum impedimentum, aut retardatio, aut

H 2 aper.



apertio literarum à Superiori-  
 bus ad inferiores, & ab infe-  
 rioribus ad Superiores. Omnes  
 hos casus vel singulos eorum  
 possunt Prælati reservare: si  
 aliud quodvis peccatum grave  
 reservare voluerint, nequeunt  
 nisi in Capitulo Generali pro  
 toto ordine (quâ ratione præ-  
 ter supradictos reservados in  
 Franciscana Religione Capis-  
 tulum Generale addidit, pol-  
 lutionem voluntariam, & in-  
 obedientiam contumacem.)  
 vel in Provinciali pro tota Pro-  
 vincia, & quidem præmissò  
 maturò consiliò & plurium  
 consensu: neque licet Supe-  
 rioribus subditorum, nisi  
 sponte se offerant, audire con-  
 fessionem, nisi habeant casus  
 de supradictis, aut aliàs reser-  
 vatos



vatos, quales actus merè interni, quantumvis peccaminosi & graves, nisi prodeant in aliquem actum externum, qui reservatus sit, esse non solent: quando peccatum reservatur nulla facta mentione dubii nec certitudinis peccati, si dubium sit, an sit reservatum nec ne, censerì debet reservatum. Quando Papa aliquod peccatum reservat cum censura ei annexa, quam sibi reservatis semper annectit, reservatio immediate supra utrumq; cadit, talia vero sunt quæ continentur in Bulla Cœnæ, sic dicta, quod singulis annis feriâ quintâ Cœnæ Domini solemniter renovetur ac promulgetur, quam, quia sua Sanctitas mandat, ut omnes Confessarij tant



Regulares, quam Sæculares  
habeant ejus copiam, ex va-  
stioribus tomis brevi huic cla-  
vi mysticæ pro meliori eorum  
commoditate inferere volui  
& sunt sequentes:

*Excommunicationes reservatis  
Bulle cœna casibus annexa.*

**F**ertur primò excommuni-  
catio in omnes, & singu-  
los hæreticos, eorum creden-  
tes, receptatores, fautores, &  
generaliter quoslibet eorum  
defensores, ac eorundem li-  
bros hæresin continentes,  
sive sedis Apostolicæ, aut al-  
terius, qui eam dare possit,  
licentiâ, legentes, retinen-  
tes, imprimentes seu quomo-  
dolibet defendentes: nec non  
schismaticos, & eos qui se ab  
obe-



ularis  
 ex va-  
 ric cla-  
 eorum  
 volui  
  
 ervatis  
 exa.  
 munit-  
 singu-  
 reden-  
 ores, &  
 eorum  
 dem li-  
 nentes,  
 aut al-  
 posuit,  
 etinen-  
 quomo-  
 nec non  
 ui se ab  
 obe-

obedientia summi Pontificis  
 subtrahunt. 2. Contra ap-  
 pellantes à Papâ ad futurum  
 Concilium generale, & dan-  
 tes ad id favorem, & consiliū.  
 3. In Piratas, Cursarios, la-  
 trunculos maritimos, eorum  
 receptatores, & dantes auxili-  
 um, & favorē. 4. In eos qui ra-  
 piunt bona Christianorum  
 naufragantium, aut scienter  
 ab iis rapta accipientes. 5. In  
 eos qui imponunt nova peda-  
 gia, & gabellas, easque au-  
 gent, quando ad id potesta-  
 tem non habent, seu etiam  
 imponi, vel augeri prohibita  
 exigunt. 6. In falsificantes li-  
 teras Apostolicas, aut Suppli-  
 cationes signatas authoritate  
 Apostolicâ, vel vice Cancel-  
 larii Romanæ Ecclesiæ, vel  
 ipsius



ipsius vices habentis. 7. In  
 deferentes ad Saracenos, Tur-  
 cas, & alios Christiani nomi-  
 nis hostes & inimicos, arma,  
 equos, ferrum, & alia metallo-  
 rum genera, usui bellico ac-  
 commoda, quibus Christianos  
 & Catholicos impugnant; nec  
 non illos qui per se, vel per a-  
 lios de rebus statum Christia-  
 næ reipublicæ concernentib⁹  
 Turcas certiores faciunt, in  
 Christianorum damnum, &  
 perniciem, illisq; ad hoc con-  
 silium, auxilium, vel favo-  
 rem quomodolibet præstant,  
 s. Contra impediētes, & in-  
 vadentes, eos qui victualia,  
 seu alia ad usum Romanæ Cu-  
 riæ necessaria adducunt, vel  
 pro eis solvere faciunt, ac et-  
 iam in eos, qui talia fieri cu-  
 rant



rant seu hæc facientes defendunt. 9. In eos, qui ex Proposito Romi petas, seu peregrinos, devotionis causâ, vel alio prætextu, ad urbem proficiscentes, vel ab eadem recedentes spoliant, lædunt, vel offendunt; & dantes illis auxilium, consilium & favorem: nec non illos omnes, qui nullam jurisdictionem ordinariam, vel delegatam habentes, illam sibi temerè vendicando, similia contrâ morantes in eadem Curia audent perpetrare. 10. In offendentes, interficientes, mutilantes, vel hostiliter insequentes Patriarchas, Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, Sedis Apostolicæ Legatos, vel Nuntios, aut eosdem exjicientes à suis diocesis,

H 5

fibus,

7. In  
Tur-  
nomin-  
arma,  
etallo-  
co ac-  
tianos  
it; nec  
per a-  
ristia-  
entib<sup>9</sup>  
nt, in  
m, &  
c con-  
favo-  
stant,  
& in-  
ualia,  
& Cu-  
t, vel  
ac et-  
eri cu-  
rant



sibus, territoriis, aut domi-  
 niis, nec non talia mandan-  
 tes, aut rata habentes, seu præ-  
 stantes in eis auxilium &c. II.  
 Contrà omnes illos, qui per  
 se, vel per alios, personas Ec-  
 clesiasticas, sive Sæculares ad  
 Romanam Curiam pro nego-  
 tiis suis recurrentes, ac illa in  
 eadem curia prosequentes, aut  
 procurantes, negotiorumq;  
 Advocatos, Procuratores &  
 agentes, vel etiam auditores,  
 vel iudices super dictis causis  
 vel negotiis deputatos, occa-  
 sione huiusmodi negotiorum,  
 occidunt, percutiunt, aut bo-  
 nis spoliunt, aut quovis mo-  
 do ad hæc concurrunt, dire-  
 ctè, vel indirectè, auxilio &c.  
 Nec non in eos, qui executionem  
 literarum Apostolica-  
 rum



rum, aut aliorum Decretorū  
pontificiorum, seu nuncio-  
rum, legatorum &c. impedi-  
unt. 12. In Officiales Principi-  
pum secularium, & Prælatos  
Ecclesiasticos, qui causas Ec-  
clesiasticas à iudicibus Aposto-  
licis avocant, & actores ad re-  
vocanda impetrata compel-  
lunt. 13. Contrà eos qui per se  
vel per alios propriâ auctorita-  
te, ac de facto avocant ad se  
causas Ecclesiasticas, vel ear-  
um executionem, vel perso-  
nas, capitula aut collegia, cau-  
sas ipsas prosequi volentes im-  
pediunt; ac se de illarum co-  
gnitione tanquam iudices  
prætextu exemptionum, aut  
literarum Apostolicarum in-  
terponunt, vel assensum, con-  
siliū, aut favorem suum ad



id præstant, etiam prætextu  
 violentiæ, vel aliarum præten-  
 sionum; seu etiam donec, ipsi  
 ad suos informandos, ut di-  
 cunt, supplicaverint, nisi sup-  
 plicationes hujusmodi coram  
 Sede Apostolica legitimè pro-  
 sequantur. 14. In eos qui præ-  
 textu frivoliæ appellationis re-  
 currunt ad curias sæculares in  
 causis Ecclesiasticis, ad impe-  
 diendam executionem litera-  
 rum Apostolicarum. 15. In  
 Judices sæculares, aut officia-  
 les Principum sæcularium, qui  
 vel ad instantiam partis, aut  
 aliorum quorumcumq;, per-  
 sonas Ecclesiasticas, Capitula,  
 Conventus &c. coram se ad-  
 suum Tribunal, Audientiam,  
 Concilium, &c. præter juris  
 Canonici dispositionem tra-  
 hunt,



hunc, vel trahi faciunt, vel  
 procurant directè vel indire-  
 ctè, quovis quæsito colore; &  
 contra eos, qui statuta, ordi-  
 nationes, seu quævis alia de-  
 creta in genere, vel in specie,  
 ex quavis causa vel prætextu  
 cujusvis consuetudinis; aut  
 privilegii, vel alias quomodo-  
 libet fecerint, ordinaverint,  
 vel factis & ordinatis usi fue-  
 rint, unde libertas Ecclesiasti-  
 ca tollitur, vel in aliquo lædi-  
 tur, aut juribus Ecclesiæ, vel  
 Sedis Apostolicæ præjudicatur  
 Neque tales sunt absolvendi,  
 nisi talia statuta revocaverint  
 & annullaverint, talisque an-  
 nullatio Sedi Apostolicæ signi-  
 ficetur. 16. Contra impedi-  
 entes Prælatos Ecclesiasticos  
 directè vel indirectè, nè luâ ju-



risdictione Ecclesiasticâ, contra quoscunque utantur, juxta canones & decreta Conciliorum generalium, præsertim Concilii Tridentini. 17. In usurpantes Sedis Apostolicæ & quarumcunque Ecclesiarum jurisdictiones, fructus, redditus, & proventus, aut eos sequestrantes ex quâvis causâ sine Romani Pontificis expressâ licentiâ. 18. Contrâ imponentes tributa, decimas, pensiones, & alia onera Clericis, Prælatiis, Monasteriis, aliisvè personis Ecclesiasticis, ac illorum bonis, fructibus, redditibus, & proventibus absque speciali, & expressa Romani Pontificis licentiâ. Imo & contra eos qui sic imposita, etiam à sponte dantibus & conceden-



cedentibus recipiunt, quales-  
 cunque fuerint: & compre-  
 henduntur etiam dantes ad  
 hoc consilium, favorem, &c.  
 19. In Judices sæculares, qui  
 in causis criminalibus contra  
 personas Ecclesiasticas se in-  
 terponunt, contra illas pro-  
 cessando, banniendo, capien-  
 do, sententias proferendo,  
 vel exequendo sine speciali,  
 specifica & expressa sedis Apo-  
 stolicæ licentiâ, qualescunq;  
 illi fuerint. 20. In illos, qui  
 directè vel indirectè sub quo-  
 cumque titulo, vel colore  
 præsumperint invadere, de-  
 struere, occupare, ac detine-  
 re, in totum vel in partem Al-  
 mam Urbem, Regnum Siciliae,  
 Insulas Sardiniae &c. aliasvè  
 terras, seu jura ad ipsam Ro-  
 ma-

ma-



manā Ecclesiā pertinentia, dis-  
 ctāq; Romanæ Ecclesiæ media-  
 tē vel immediatē subjecta: nec  
 nō in eos, qui jurisdictionē su-  
 premā in illis Sedi Apostolicæ  
 competentem de facto usurpa-  
 re, perturbare, aut retinere  
 præsumunt; & ad id faventes,  
 consulentes, &c. 21. In Ra-  
 ptores supellectilium, libro-  
 rum, scripturarum, vel bono-  
 rum Camerae & Palatii Apo-  
 stolici ex eodem palatio, tem-  
 pore infirmitatis Pontificis,  
 aut Sede Apostolicā vacante,  
 22. Omnes hæc censuræ, & pec-  
 cata propter quæ incurruntur,  
 sunt reservata Sedi Apostolicæ.  
 Et si aliqui Confessarii teme-  
 rè ab illis absolvere præsum-  
 pserint, præterquam quod ni-  
 hil efficiant, ipso facto incur-  
 rant



rant excommunicationem.  
Hæc tamen non continetur  
sub reservatis, sed potest Ordini-  
narius ab illâ absolvere.

An alii casus summo Ponti-  
fici & Episcopis reservati ad-  
huc à Regularibus possint ab-  
solvi, acriter decertatur; stant  
Auctores pro & contra in ma-  
gna copia, Diana placet: nolo,  
inquit, suscitare tragedias inter  
Regulares & Episcopos: ideo  
non discedo à negativa senten-  
tia: legatur R. P. noster Petrus  
Marchantius rerum Curiaæ ex-  
pertissimus in suis Fundamen-  
tis Alexandro VII. dedicatis,  
fundamento XI. tit. XI. per totum,  
ubi de hac controversia.  
**RESERATIO TRIGESIMA  
TERTIA.**

*Explicatur an requiratur &  
quid*



quid operetur, & quomodo obliget satisfactio, Itē necessitas sigilli, & quæ sub illud cadat

**S**atisfactio Sacramentalis est opus aliquod bonum pœnale à Confessario impositum ad pœnæ temporalis peccatis confessis debitæ compensationem sive solutionem, impleta in peccato mortali non caret effectu pœnæ remissivò, ex opere operato, nam gratiam habitualement, quæ in tali casu obstaculum inveniret, non attingit; Confessarius regulariter & per se loquendo eam tenetur, & quidem proportionatam peccatis, tam quoad illorum castigationem, quàm quò ad medelam, imponere, relinquitur autem quantitas Confessarii arbitrio, quantum

*Spi-*



*Spiritus & prudentia suggeste-*  
*rit*, præstat enim sæpe dissi-  
 mulatè minores pœnitentias  
 injungere, quam nimiâ auste-  
 ritate homines deterrere. An  
 teneatur autem pœnitens ac-  
 ceptare impositam à sacerdote  
 pœnitentiam, quâ est merè sa-  
 tisfactoria solò fine & effectu  
 Sacramenti spectatò disce-  
 ptant Scotistæ Magistrum su-  
 um inæquali interpretantes  
 calamò, stet cuius sua veritas,  
 nos dicimus Scotum communi  
 affirmantium sententiæ non  
 adversari, neque enim docet  
 sacerdotem non posse pœni-  
 tentem adstringere ad acce-  
 ptandam pœnitentiam, aut  
 obligari ex justitia ad pœni-  
 tentem tali casu absolven-  
 dum, sed charitati esse con-  
 for.

d. 15. q.  
 1. n. 14.



formius, ut absolvat pœnitentem, qui ex nimia animi fragilitate & difficultatis apprehensione nollet ullam pœnitentiam peccato condignam acceptare, & allegat d. c. illud Isaia, *arundinem quassatam non confringet & linum fumigans non extinguet.* Satisfactionem tandem legitimè acceptatam tenetur pœnitens implere sub peccato mortali, si sit materia gravis, per se ipsum, nisi sit illi facta impossibilis ratione paupertatis infirmitatis &c, Vel nisi sit, quæ injuncta erat, ab alio Confessario rationabiliter & justè, pro ut fieri potest etiam ab inferiore, commutata in aliam, tunc enim absque prioris confessarii, etiam Episcopi auctoritate, omitti potest

est

Isa. 42.  
v. 3.

*arundinem quassatam non confringet & linum fumigans non extinguet.*



est à pœnitente, vel tota, si consistat in actu indivisibili, vel pro ea parte, quâ justè ab altero alterata fuerit.

Maxima & strictissima servandi sigillum confessionis obligatio oritur ex jure naturali justitiæ, quo tenetur quisque consulere famæ proximi & secretum promissum servare; ex jure humano Ecclesiastico; tertio & potissimum ex jure divino naturali, vel ut alii, etiam positivo, gravissimū itaq; frangens sigillū confessionis Sacramentalis committit sacrilegium contra Religionem, idq; juxta DD. communiter, quamvis peccatum sit leve, cum semper grave sit revelare Confessionem, committit insuper peccatū detractio-  
nis

nitentem  
fragilem  
prehe-  
tentem  
acce-  
Isaiæ,  
et con-  
es non  
n tan-  
m te-  
e sub  
nate-  
, nisi  
ratio-  
is &c,  
erat,  
nabi-  
oteft  
nuta-  
sque  
Epi-  
pot-  
est



nis ad restitutionē famæ obligans, ac iniustitiæ contra pactum secreti grave vel leve, pro ut res revelata cedit in grave vel leve detrimentum famæ aut revelationis proximi. Porrò sub sigillum cadunt peccata mortalia, etiam in genere tantum expressa; item venialia, saltem in specie aut etiam certo seu determinato genere expressa; insuper eorum circumstantiæ, quatenus re ipsa sunt, aut saltē existimantur necessariæ ad explicationē peccati; hæc intelligēda sunt, de peccatis etiam publicis, imò dispositio pœnitentis, ut si careat dolore, proposito emendationis &c. defectus naturales, qui dicuntur à pœnitente in ordine ad confessionem ac ex-  
 plis



plicationem suorum peccatorum, & communicandum statum suae conscientiae, peccatum complicitis, sive iuste, sive iniuste revelet in confessione ad explicationem sui peccati &c. sub sigillum cadunt. Probabile item est non licere, etiam de licentia poenitentis, audita in confessione aliis revelare, ubi tamen nullum est periculum divulgationis, nec poenitenti obvenit aliquis pudor aut damnum, potest Confessarius uti confessionali scientia ad sui directionem: idque sive ipse poenitens advertat hunc usum notitiae confessionalis, sive non: hinc confessarius potest pro ipso orare, atque in casu, quo aliqui in confessarii mortem conspirassent,

sent,

obli-  
a pa-  
leve,  
it in  
atum  
roxi-  
dunt  
n ge-  
item  
e aut  
inato  
r co-  
enus  
imã-  
ionẽ  
sunt,  
imõ  
si ca-  
men-  
ales,  
e in  
cex-  
plis



fent, & de nocte dormientem  
occiderent, aut venenum in  
vino consecrando miscuis-  
sent, & Confessarius ex unius  
illorum confessione audivisset  
absq; sigilli fractione sine li-  
centia pœnitentis fugere, & aut  
â consecratione potest abstinere.  
Etsi probabile sit ob  
cognitam ex Confessione Sac-  
ramentali pœnitentis indis-  
gnitatem posse quantum est  
ex natura rei negari suffragi-  
um ad aliquod officium vel be-  
neficium, item negari ob no-  
titiam sacramentalem exeu-  
di licentia, amoveri ab officio  
eum, quem ad nutum potest  
amovere; probabilissimum  
nihilominus est Christum  
in institutione Confessionis  
eas generaliter inhibuisse, sic  
ut



ut enim humanarum rerum regimen ab hoc Sacramento longissimè distat, ita nullatenus ab eo pendere debet.

RESERATIO TRIGESIMA  
QUARTA.

De

MAGNO MATRIMONII SACRAMENTO.

*Ex senario dierum numero abstractè sumpto ænigmaticè per artem mysticam demonstratur Matrimonium, ex senario autem concretè intellecto, id est, ex ipsa hexameri die sextâ idem demonstratur epidi-  
eticè, quâ contractus est, & qua ad ejus essentiam substantialiter requirantur.*

**M**atrimonium à Matre dicitur, eò quòd mulier

I

nu-



Aug 1.  
19. con.  
tra Fau.  
stum c.  
26.

Scotus  
d. 26.  
num.  
17.

Scot.  
ibid.

nubat, ut mater fiat juxta Au-  
gustinum, & quia præcipuus  
conjunctionis maris & fœmi-  
næ effectus, qui est proles, est  
matri ante partum onerosus,  
in partu dolorosus, post par-  
tum laboriosus, ut matrimo-  
nium sit revera quasi *matris o-*  
*mnium*. Tria autem in Matrimo-  
nio considerata sunt. Pri-  
mò, ipse contractus matrimo-  
nialis; qui à Scoto definitur:  
*Maris & fœminæ mutua trans-*  
*latio corporum suorum pro usu*  
*perpetuo ad procreandam pro-*  
*lem, debite educandam. Secun-*  
*dò, vinculum stabile ex con-*  
*tractu resultans, quod Doctor*  
*subtilis ibidem describit: Vin-*  
*culum indissolubile inter marem*  
*& fœminam ex mutua transla-*  
*tione potestatis corporum suo-*  
*rum*



rum ex se invicem facta ad pro-  
 creandam prolem, debite edu-  
 candam: Seu ut alii: est con-  
 junctio maritalis viri & foeminae  
 & c. individuum vitæ societatem  
 retinens. Quod quidem vin-  
 culum est mera denominatio  
 extrinseca moralis, à contra-  
 ctu, quo legitimæ Personæ  
 mutua corpora cum quodam  
 dominio sibi mutuò obliga-  
 runt, juxta illud Pauli: muli-  
 er sui corporis potestatem non  
 habet, sed vir; similiter autem  
 & vir sui corporis potestatem  
 non habet, sed mulier. Ter-  
 tiò, Spectanda est copula sub-  
 sequens: ad quam vi Matri-  
 monii datur petendi potestas,  
 & reddendi obligatio, quæ ta-  
 men potest per pactum exclu-  
 di, & multò magis ipsa actua-

1. ad  
 Cor. 7.  
 v. 4.



Iis copula potest separari à Ma-  
 trimonio, ut ipsa istud nun-  
 quam sequatur; ab hac verò  
 dicitur Matrimonium con-  
 summatum, uti ante copulam  
 solùm ratum. Matrimonium,  
*quò est contractus*, ut ad no-  
 strum redeamus hexameron,  
 ex *senario* dierum numero  
 mysteriosè contemplamur,  
 contemplare & tu; verunata-  
 men bis ænigma legis, si dis-  
 cöoperta cöopertè pertransis,  
 quin aut pudorem subeas, aut  
 Pythagoram ratiocinando  
 Doctor Christiane vincas; *se-*  
*narius*, inquit, *genitalis nume-*  
*rus fecundum* subaudio, exem-  
 platur *conjugium*: benè dixit,  
 qui sine Christo malè vixit;  
 benè dixit, quia homo, qui  
 nunquam vixit, è *senario* in  
 Mundum genitaliter surrexit,  
 apage.

Ricci-  
 ard. in  
 Simb.  
 comm.  
 voce  
 Sena-  
 rius.



apagesis evagatio mentis, non  
 fertit qui vigilat, ergo bene  
 est, si non ad insipientiam tibi,  
 qua legis, intelligas: Primus  
 homo sine masculino & foemina,  
 ut *Adam*: Secundus de mascu-  
 lo sine foemina ut *Eva* de *Adā*:  
 Tertius de masculino & foemina,  
 ut *Abel* de *Adam* & *Eva* conju-  
 galiter procreatus: in primo  
 principium numeri, 1. bina-  
 rius in secundo, 2. ternarius  
 in tertio, 3. ergo stant simul  
 1. 2. 3. qui sex continent, ne-  
 cessum enim est, ut ternarius  
 alterum generet ternarium e-  
 umq; generando mirā fecundi-  
 tate in *senarium* se exonerans  
 hominē progenerat, creat, for-  
 marq; *Abel* tertius homo, cum  
 non sit de nullo uti *Adam* pri-  
 mus homo, neque de uno solo



uti Eva, nequit reduci ad *dici*  
*de nullo* vel *uno solo* sed ad *dici*  
*versus duo*, ternarium in filio  
*complementia*, ternarium vero in  
 Abele completum, atque in  
 seipsum ductum reductum ab  
 Abele in sui referendo princi-  
 pia (1. 2. 3. 3. 2. 1.) *senarium*  
 et torqueri qui ex paribus vi &  
 virtute ternarii circulares ha-  
 bet radices, est manifestum,  
 autumo proinde, quod, nisi  
 fungo hebetior sis, videas, qui  
 ternarius parallelè in se redi-  
 ens hominem filium mediante  
*senario* à Patre & Matre con-  
 jugaliter natum indigitet &  
 designet, quod altiori penicil-  
 ló Divinus Noster Hexamero-  
 graphus depingit dicens: *Fa-*  
*ciamus* Nos Archetypus Divi-  
 narum Personarum Ternari-  
 us,

Gen. 1.  
v. 26.



us, alterum ternarium, scilicet hominem ad imaginem & similitudinem nostram: & creavit Deus Trinus & Unus hominem ad imaginem suam, ad imaginem Dei Unius & Trini, verè alterum ternarium creavit illud; masculinum ternarium primum, & feminam ternarium alterum, creavit eos, unde senarius (in quo foecundum & perfectum relucet conjugium,) genitalis resultat numerus, sed hactenus de ænigmate senarii, quare ænigma desero, ad Moysen redeo: *Ad e verò*, inquit, *non inveniebatur similis. Immit- sit ergo Dominus Deus soporem in Adam: cumq; obdormisset, tulit unam de costis ejus, & replevit carnem pro ea. Et edificavit Dominus Deus costam, quam*

Gen. 1.  
à versu  
20. ad  
25.



*tulerat de Adam in mulierem:*  
*Et adduxit eam ad Adam. Di-*  
*xitq; Adam: hoc nunc os ex ossi-*  
*bus meis, Et caro de carne mea,*  
*hac vocabitur virago, quoniam*  
*de viro sumpta est. Quamobrem*  
*relinquet homo Patrem suum &*  
*matrem, Et adhaerebit uxori*  
*sue: Et erunt duo in carne una.*  
 Ecce manifestum fit, matrimonium ut officium & subsidi-  
 dium naturæ, referendum ad  
 Deum Auctorem, quæ immē-  
 diatè est Auctor naturæ, ita, ut  
 cōveniat hominibus ex natura  
 rei, supposità solùm maris &  
 fœminæ creatione independē-  
 dente ab alia voluntate, aut  
 ordinatione superaddita, quò  
 ad contrahendi facultatem in  
 natione officii naturæ ad ne-  
 cessitatem propagandi speci-  
 em



em humanam, sic de facto  
*Gen. secundò*, mutuo inter se  
 consensu matrimonium cele-  
 brarunt inspirati ac supra na-  
 turam elevati à Spritu S. non  
 quò ad procreationis humanæ  
 officium in substantia!, sed  
 quò ad modum & executio-  
 nem benè ordinatam, indissol-  
 ubilitatem &c. *Juxta id: hoc*  
*nunc os ossibus meis, & caro*  
*de carne mea: quam obrem relin-*  
*quet homo Patrē suū & matrē*  
*& adharebit uxori sue.* Pro-  
 pter divinam hanc Dei legi na-  
 turæ superadditam volunta-  
 tem, quam Protoplastes mirò  
 plenus enthusiasmo eructat,  
 Matrimonii contractus est  
 mutuus, liber maris & fœminæ  
 consensus, ex quo matrimo-  
 niale vinculum sive matrimo-

Gen. 16.

v. 23.

24.

ibid.



Carp-  
zovius.

nium pro statu permanenti,  
 ultrò citroq; oritur; De con-  
 sensu parentum frustra fatiga-  
 tur Carpzovius hoc tempore,  
 quo scripsit sua Consistorialia,  
 scilicet anno 1655. quia licet  
 antiquitus ad Matrimonii va-  
 lorem fuerit requisitus, uti  
 colligitur ex Cap. *aliter* 30.  
 q. 5. hodie non requiri mani-  
 festum est ex juribus recentio-  
 ribus ut cap. *sufficiat* 27. q. 2.  
*sufficiat, secundum leges, solus*  
*eorum consensus, de quorum*  
*conjunctionibus agitur. Qui*  
*consensus, si in nuptiis solus for-*  
*te defuerit, cætera omnia etiam*  
*cum ipso cõitu celebrata frustan-*  
*tur. & Trident. sess. 24. cap. 1.*  
*de Reform. Eos S. Synodus a-*  
*nathemate damnat, qui falso*  
*affirmant matrimonia à filiis*  
*fami-*



*familias, sine consensu parentum  
 contracta, irrita esse, & paren-  
 tes ea rata, vel irrita facere pos-  
 se. Imò licet reverentia de-  
 bita Parentibus & constitutio  
 Philippi IV. anni 1623. jure  
 successionis, donationis &c.  
 privans Minores 25. annis,  
 matrimoniū contrahentes sine  
 consensu Parentum, suadeat  
 ab illis consilium petendū, nō  
 sequi tamen, si prudentius oc-  
 curratur, nullū est peccatum.  
 Consensus conditionatus cō-  
 ditione ex natura rei notabili-  
 ter intrinseca, ut consentio, si  
 consentias, si sis fœmina, imò  
 etiam ex juris dispositione (si  
 in juris sensu sistatur) v. g. se  
 non sis consanguinea, si impe-  
 dimentum canonicum non  
 sublit &c, non suspendit ma-*



trimonium; conditionatus autem  
 conditione extrinseca de  
 futuro contingenti, matri-  
 monium suspendit ad condi-  
 tionis eventum: secus condi-  
 tionatus de praterito, presentis  
 aut futuro necessario; con-  
 ditio impossibilis & de re tur-  
 pi quando dubitatur, an sint se-  
 riô vel jocô adjectæ, pro *non*  
*adjectis* habetur. Sponsus si-  
 ve sponsa limitans consensum  
 suum, nolendo contrahere  
 nisi cum oppositione proprie-  
 tatum ipsi inseparabilium nul-  
 liter contrahit, omnis quippe  
 intentio efficax contraria ma-  
 trimonii bonis (quæ sunt  
 perpetuitas, proles & fidelitas  
 secundum radicalem obliga-  
 tionem accepta) ex conse-  
 quenti contractum substantia-  
 liter



liter evertit. Contractus  
 conditione positâ sine no-  
 vo consensu validus est, et-  
 iam si, metu justô incussô ce-  
 lebratus esset, *justô*, dico, nam  
 metus injustè incussus, haud  
 secus ac cöactio vel physica  
 necessitas jure divinô valo-  
 rem pessundat, & nequaquam  
 convalescit per sequentem co-  
 pulam, nisi fiat affectu conju-  
 gali & liberè alterò in jugi  
 consensu perseverante. Quan-  
 do consensus internus defuit,  
 sive ob illius internam fictio-  
 nem, sive ob retractationem,  
 sive ob cöactionem, certum  
 est adhiberi debere novum  
 & liberum consensum, sine  
 quo essentia Matrimonii non  
 consistit, ac proinde, si utrin-  
 que defuerit, debet utrimque  
 suppleri; quando defectus fuit



ex parte unius tantum, sufficit, quod ex parte hujus compleatur, cum non requiratur simultas physica utriusque consensus, neque fit ab altero pro tempore tantum praesenti, sed & pro futuro cum perseverantia in finem, donec revocetur. Porro de consensu libertate lege summarium & referat: seq.

**RESERATIO TRIGESIMA QUINTA.**

*Tantum ad contractum matrimonialem Deus & Ecclesia requirit deliberationem, ac consensus discussionem, ut non immediatè mas & foemina ad matrimonium transeant, sed per sponsalia, ut ordinarium contractus matrimonialis praeambulum, id primò sibi promittant; quare hic agitur de*



*de natura sponsalium & huius occasione de matrimonio hermaphroditorum, item de obligatione & dissolutione sponsaliorum.*

**N**E quis temerè & secundū impetum concupiscentiæ Matrimonio se jungat, usitatum ac ordinarium huic contractui adeoque Sacramento Matrimonii præmitti solet præambulum, nimirum sponsalia, quæ sunt sponsio futuri matrimonii, seu promissio maris & fœminæ, quæ sit mutua, ne sponsalia claudicent; nō ficta, ne de obligationē pariāt; externa, à promissario acceptata; uni<sup>9</sup> cū una determinata, sive per se, sive per alium, sive directè, sive indirectè, sive expressè, sive tacitè, sive per  
lite-



literas, sive per nutus, deli-  
 berata cum libertate indiffe-  
 rentiæ in materia proportio-  
 nata sufficiens ad mortaliter  
 peccandum, facta post septen-  
 nium physicè probabiliter  
 complendum. *Dixi maris &*  
*faemina*, nam ad matrimoni es-  
 sentiam, consequenter ad  
 sponsalium valorem sexûs di-  
 versitas adeo necessaria est, ut  
 ipse finis, aliter obtineri ne-  
 quea; hermaphroditus sita-  
 que, in quo prævalet sexus  
 fœmineus, uxorem ducere  
 nequit, nisi fortè in eo præva-  
 leat sexus virilis, quod mascu-  
 lus reputetur, si verò neuter  
 sexus prævaleat, utroque post  
 probationes & Medicorum  
 aut Matronarum peritarum  
 testimonia æqualiter apparen-  
 te



re hermaphroditus decernere  
 debet, quò sexu uti velit, &  
 juramento se obstringere, se  
 alterò sexu non usurum, &  
 tunc poterit juxta sexum à se  
 electum, matrimonium con-  
 trahere; nequaquam suscipere  
 Ordines Sacros validè pot-  
 est, cum sit vere fœmina; dato  
 per possibile vel impossibile,  
 quod hermaphroditus, in quo  
 prævalebat sexus virilis, &  
 contraxerit ideò matrimoni-  
 um cum fœmina, postea inci-  
 peret in eo prævaleare sexus fœ-  
 mineus, in quo statu non po-  
 tuisset denuò matrimonium  
 cum fœmina contrahere, con-  
 sequenter dicendum, quod  
 contractus matrimonii dissol-  
 veretur, quia sicut non potu-  
 isset incipere, ita nec posset

CON-



consistere verum matrimonium inter duas fœminas, qui casus facilius posset contingere, si hermaphroditus, in quo prævalebat sexus fœmineus, contraxisset matrimonium cum viro, & postea inciperet in ipso prævaleare sexus virilis, (sicut in aliquibus fœminis teste Portel *in suis casibus Regul.* à paucis annis in Hispania contigit) tunc procul dubio dissolveretur prius matrimonium, eò quod non possit consistere inter duos viros, & consequenter, si post dissolutum hac occasione matrimonium, hermaphrodita, vel fœmina illa, quæ transierat in virum, rediret ad sexum fœmineum, non convalescet prius matrimonium, nisi de-  
nuò

Portel  
verbo  
Hermaphro-  
dita.



nuò celebraretur, nisi fortè  
 maritus cum alia jam legi-  
 timè contraxisset. Genera-  
 tim omne impedimentum  
 perpetuò dirimens ipsum Ma-  
 trimonium, error sive dolus  
 afficiens substantiam contra-  
 ctûs irritat sponsalia, sicut &  
 ipsum matrimonium, cæte-  
 rosque contractus; sin' autem  
 circa qualitatem versetur, hic  
 & nunc penes deceptum ma-  
 net sponsalia rescindēdi facul-  
 tas. Præterea, præterquam  
 quod certum sit, sponsalia pa-  
 rere matrimonii contrahendi  
 obligationem, nisi rationabi-  
 le supervenerit impedimen-  
 tum, quia sunt mutua pro-  
 missio acceptata, docemus  
 obligationem illam, supple,  
*inpuberibus*, nam impuberum,  
 re-



renunciacione post adeptam  
 pubertatem factâ, dissolvi pos-  
 sunt pro libitu, alterâ parte  
 etiam invitâ, modo illico fiat,  
 quod intra triduum fit, *obliga-  
 tionem illam*, inquam, esse sub  
 mortali, & si in contractu, ad  
 cuius finem tenentur sub mor-  
 tali se aptos conservare, præ-  
 fixerint certum tempus, non  
 possunt ultra illud differre, ni-  
 si ex mutuo consensu & justâ  
 causâ, quæ intercedat, si nul-  
 lum tempus præfiniverint,  
 censebuntur teneri, maximè  
 si pars debitum exigat, post a-  
 liquod tempus juxta morem  
 Regionis. Sponsalia, an for-  
 nicationi specie distinctam in-  
 justitiæ malitiam adjiciant; e-  
 lige. Qui defloravit virginem  
 sub spe matrimonii factè pro-  
 missi



nisi non obligatur ad ineun-  
 dum matrimoniū. Si in spon-  
 salibus arrhæ tradantur, ut  
 possunt ex jure Civili ac Pon-  
 tificiō amittuntur à dante in-  
 justè resiliēte, cujuscunque  
 rei sint, mobilis, ut pecuniæ,  
 vel immobilis, ut fundi; si au-  
 tem resiliat recipiens, restituit  
 illam, & insuper æquivalens  
 aut etiam si ita conventum sit  
 in triplum aut quadruplum  
 computatâ ipsâ arrhâ, & non  
 ultra: nisi minorennis sit, qui  
 tantum debet restituere ipsam  
 arrham, ex l. *mulier* 5. c. de  
 sponsal. quâ cavetur, uti & le-  
 ge Titia ff. de verb. oblig. &  
 jure Canonico, ne pœnæ  
 conventionales apponantur  
 sponsalibus, nisi sint correctæ  
 & revocatæ per Novellas Leo-  
 nis

l. arrhis  
 & ex fi-  
 nali C.  
 de spō-  
 sal.

cap. si  
 quis u-  
 xorem  
 cum se-  
 quenti  
 27. q. 2.  
 cap. No-  
 strates  
 & cap.  
 fœmi-  
 næ 20.  
 q. 5.

cap.  
 Gem-  
 ma.

Novell  
 18.

nis



nis Augusti, quæ tamen an  
obligent dubium est, negat  
Interpres in præmio, & alii,  
ne quidem tempore ipsius Le-  
onis fuisse receptas. Injustè  
refiliens potest etiam ad spon-  
salia compelli negatione Sa-  
cramentorum, cum nolit à  
mortali abstinere, imò per  
carcerem, excommunicatio-  
nem, aliasque censuras, simo-  
nitus complere nolit. Pu-  
blica honestas, quæ est propin-  
quitas quædam ex sponsalibus  
validis & certis jure Ecclesia-  
stico orta v. g. inter sponsum  
& sponsæ sororem, est impe-  
dimentum dirimens matrimo-  
nium cum sponsi vel sponsæ  
consanguineis in primo gra-  
du. Sponsalia etiam jurata,  
cum ex mutuo consensu con-  
tra-



trahentium nascantur, sic *primò* per eundem (excipe impuberum sive jurata sunt, sive non) dissolvuntur. *Secundò*, si inter compartes aliquod impedimentum oriatur v. g. si sponsus carnaliter cognoverit sororem sponsæ aut illius consanguineam in secundo gradu, imò ad ea dissolvenda sufficere publicam de substante impedimento canonico acclamationem, si aliter sopiri nequit, haud improbabiler tenetur. *Tertiò*, dissolvuntur sponsalia, per professionem in Religione approbata, eò ipsò, quò aliquis ingreditur in Religionem, sponsalia ex parte manētis in sæculo claudicant, manere obligatione in Novitio. *Quartò* solvuntur

vun-



vuntur sponsalia per susceptio-  
 nē Ordinis S., quod immeritō  
 quidam asserunt de voto susci-  
 piendi Ordines SS. & voto  
 simplicis castitatis post spon-  
 salia, cū ne quidem post il-  
 la licitē suscipiatur Sacer Or-  
 do, potest tamen taliter vo-  
 vens prius licitē cōtrahere ma-  
 trimonium, & ante consum-  
 mationē votum adimplere de  
 ingressu in Religionem. *Quin-*  
*idō*, solvuntur, vel potius sus-  
 spenduntur sponsalia per Ma-  
 trimonium subsequens cum  
 alia Persona validē contractū  
 pro eo solū tempore, quo il-  
 la vivit cum illo, qui ex ini-  
 quitate sua commodum re-  
 portare non debet: an subse-  
 cutā copulā cum posteriori, re-  
 laxentur sponsalia cum virgi-  
 pro-



ne celebrata, si deflorata, sub  
 promissione conjugii fuerit i-  
 gnara priorū sponsalium, du-  
 bium est, verisimilius est, nisi  
 sit æquitas causæ & charitas  
 prioris sponsæ suffragetur,  
 non dissolvi. *Sextò*, Si spon-  
 sa fornicetur, post sponsalia  
 etiam jurata, potest sponsus re-  
 silire, id amplia, si vel solūm  
 permittat se turpiter tangi;  
 non autem econtrâ, si fortè  
 rarò idem permittat sponsus,  
 non ideò mox potest resilire  
 sponsa. Sponsi fornicatio ra-  
 rò commissa, (quia si frequens  
 fuerit, scortator reputatur,  
 cui nubere periculosum est &  
 ignominiosum) ante sponsa-  
 lia, sed ipsi sponsæ post nota-  
 tantūm, non dirimit sponsa-  
 lia, quia cum sponsus propriæ

K

spon-



sponsæ fidem non fregerit, ne-  
 que probrosum sit tali nubere,  
 se illi viliozem non reddit: se-  
 cus fornicatio una sponsæ,  
 quia sicut prudenter magni fit  
 virginem ducere; ita & igno-  
 miniosum valdè reputatur  
 cum corrupta contrahere, ac a-  
 liundè per fictionem juris  
 sponsus fit bigamus ac inhabi-  
 lis ad SS. Ordines, quod est no-  
 tabile damnum. *Septimo*,  
 quando supervenit quodcun-  
 que grave vitium contractui  
 sponsalizio, etiam jurato, sive  
 mutatio tam notabilis, ut ea  
 cognitâ pars nolisset contra-  
 here, ut si sponsa fiat leprosa,  
 epileptica, paralytica, nasum  
 vel oculum &c. perdiderit.  
 Quod si ex dissolutione subsit  
 periculum scandali, ut si v. g.  
 spon-



sponsalia sunt publica, & causa dissolutionis occulta, sponsa est monenda, ut in dissolutionem consentiat: si ipsa renuit, monendi sunt parentes, vel alii pii viri, ut ad hoc ipsam perducant; si denique non audeat, occultum impedimentum cum ipsius infamia coram Judice probari potest: si tamen coram illo sufficienter probari nequeat, & resiliēti de eo constet, spontē resilire potest, & uti jure suo, in dubio, melior est conditio alterius jus sponsalium certum possidentis.

### RESERATIO TRIGESIMA SEXTA.

*In senario dierum numero, non solum conjugii, quā contra-*



*Etus est, simulacrum, ut supra ostensum, reperimus, sed & mira mysteria, fideiq; Sacramenta, ac deniq; quod matrimonium, quâ contractus ad dignitatem Sacramenti, & que huc concurrunt, non obscurâ contemplatione reserata legimus.*

**I**Taque in *senario*, quia Deus *sextâ die perfecit omnia*, stat perfectio totius fabricæ Mundi, cui nec deest aliquid nec superest; neque deficit, neque excedit quidquam; sed æqualis semper, paribus disparibusque, sicut ab initio persistit, nititur atque consistit; partes quoque ejus similes, id est, microcosmum gignendo, genitum perfectè genitori, imò, quod honorabilissimum est,

*Crea-*



Creatori, etsi aliter, similem  
 reddit; attamen, eheu! ipso  
 eodem *sexto die*, id est, primo  
 suæ creationis per culpam su-  
 am tantum honorem, perfe-  
 ctionisque dignitatem amisit;  
 quare, quia proprium Opifi-  
 cis opus, quod fecerit, si defi-  
 ciat, reformare est, eadem die,  
 qua homo cecidit, Deus refor-  
 mavit teste Beda & Theophi-  
 lacto relatis à P. Brugenfi: *sex-*  
*tâ die homo conditus est, qui &*  
*sexta hora de ligno comedit: quâ*  
*igitur Dominus hominem con-*  
*didit, eadem & lapsum curavit.*  
 Eadem exinde ætate, & *sexta*  
*die hebdomadæ & sexta hora*  
 diei (scilicet vigesimo quinto  
 Martii, ut Nicephorus Calix-  
 tus, Cedrenus & alii referunt)  
 Divinum conjugium, ma-

in cap.  
 27.  
 Matths

1. 12. c.  
 32.  
 Cedre-  
 nus in  
 Camp,  
 hyft.

K 3 gnum-

ut supra  
 sed &  
 Sacra-  
 od ma-  
 tractus  
 enti, &  
 non ob-  
 e rese-  
 ia Deus  
 ia, stat  
 e Mun-  
 uid nec  
 neque  
 aqua-  
 aribus  
 rfsistit  
 partes  
 est, mi-  
 geni-  
 imo  
 m est  
 Crea-



Gen. 1.  
& in  
iortio  
2.

gnumque Sacramentum cum  
humana natura in visceribus  
immaculatis Beatissimæ Ma-  
tris & Virginis Mariæ, quæ *se-  
narii* reparationis extitit exor-  
dium, celebravit JESUS CHRI-  
STUS Salvator ac Redemptor  
noster, *sexto* tandem die & *sex-  
to* horâ munus suum salvandi  
nos, (& ita factum est vespere &  
*mane dies sextus*,) per Crucem  
adimplevit. Jam audio, di-  
cis, *senarius* numerus est pror-  
sus entheus & divinus, rectè  
judicasti, quin & congruum  
fuit, ut dierum *senarius* con-  
jugii humani Ephemeris Di-  
vini quoque conjugii cum  
Natura humana; Christi cum  
Ecclesia signum *sexto* eodem  
die prognosticum, imò epidem-  
ticum esset, quâ veritate ma-  
tri-



trimonium à sui institutione  
 significavit concentricam  
 conjunctionem Christi cum  
 Ecclesia, quò se Gentium Do-  
 ctor, quasi alter entheatus A-  
 dam in persona Domini con-  
 jugatos affatur: *sicut Ecclesia* ad Eph.  
*subjecta est Christo, ita & mulie-* v. 24.  
*res viris suis in omnibus: Viri di-*  
*ligite uxores vestras sicut &*  
*Christus Ecclesiam, & seipsum* v. 25.  
*tradidit pro ea, ut illam sanctifi-*  
*caret & c. & infra: nemo enim*  
*unquam carnem suam odio ba-*  
*buit, sed nutrit & fovet eam,* v. 30.  
*sicut Christus Ecclesiam: quia*  
*membra sumus corporis ejus, de* v. 31.  
*carne ejus (adverte mysteri-*  
*um) & de ossibus ejus: propter*  
*hoc relinquet homo patrem &*  
*matrem suam, & adhaerebit u-* v. 32.  
*xori suae, & erunt duo in carne*



*una.* SACRAMENTUM HOC  
 MAGNUM EST, EGO AU-  
 TEM DICO IN CHRISTO  
 ET ECCLESIA. quid clarius,  
 ut videas ex hoc loco & ex  
 Matthæi 19. v. 4. 5. 6. 7. *Sex-*  
*tâ die*, sextâ ætate Christum  
 Dominum elevasse contractû  
 matrimonialem ad dignita-  
 tem Sacramenti, & expressis  
 verbis Trident. *Matrimonium*  
*meritò inter nove legis Sacra-*  
*menta annumerandum SS. Pa-*  
*Patres, Concilia & Universalis*  
*Ecclesie traditio semper docue-*  
*runt*, subaudi, inter Fideles,  
 qui non possunt probabiliter  
 legitimum matrimonium ini-  
 re in ratione contractûs, quin  
 simul legitimum ineant in ra-  
 tione Sacramenti; An quando  
 baptizantur infideles fiat sta-  
 tim

Trid.  
 f. ff. 24.  
 de re-  
 form.



tim Sacramentum sub iudice  
 lis est, constat materiâ & for-  
 mâ: materia remota sunt cor-  
 pora contrahentium sexu di-  
 varicata; proxima, actus mu-  
 tuæ translationis & acceptati-  
 onis; forma verò, sunt illa a-  
 lia, per quæ contractus con-  
 formiter ad legem, & regulam  
 exteriùs expressa legitimatur.  
 Legitimi hujus Sacramenti mi-  
 nistri sunt ipsi contrahentes,  
 sive per se; sive per procura-  
 torem; Epistolæ matrimonii  
 contractus probabiliter ir-  
 ritus est, cum absque volun-  
 tate actuali, aut saltem virtua-  
 li administrari nequit, neque  
 recipi cum sola merè habitua-  
 li. Ubi vigent Tridentini con-  
 stitutiones, requiritur ad va-  
 lorem Sacramenti Matrimo-

K S

nii

Hoc  
 O Au-  
 RISTO  
 clarius,  
 & ex  
 Sex-  
 ristum  
 tractu  
 gnita-  
 prestis  
 onium  
 Sacra-  
 SS. Pa-  
 versalis  
 docue-  
 deles,  
 biliter  
 mini-  
 quin  
 in ra-  
 ando  
 at sta-  
 tim



in præsentia Parochi & testes ad minimum duo, prædicti ratione & testificari potentes. Matrimonium occultâ nullitate irritum, clandestinè renovatum tenet. Nisi ponant contrahentes obicem, confert conjugibus sanctitatem, quâ sobrie usum Matrimonii honestent, à quo intra bimestre à matrimonio rato excusantur & à potiori, si ambo voverunt castitatem, vel alter de licentia conjugis, professus est solemniter Religionem, ratum quippe matrimonium Fidelium nondum consummatum dirimitur, quo ad vinculum per solemnem professionem ab altero conjugè in Religione factam. Contractum inter infideles, etiam post consum-  
 matione



mationē & unitatē carnis dissolvi potest eō casu, si alter conjugum baptizetur, alterō nolente converti, vel pacificē cohabitare absque injuria aut blasphemia Creatoris. Innocens conjux potest partem adulteram, à toro dimittere, manente vinculo, nam qui dimissam duxerit, adulterat, ut tamen fiat separatio, quo ad habitationem, ordinariè opus est auctoritate Judicis. Adulterium occultum & incestuosum intra secundum gradum cum consanguinea alterius partis potestatem in corpus conjugis, eā non petente debitum, interdicit & illicitat.

RESERATIO TRIGESIMA  
SEPTIMA.

*K 6*

*Re-*



Referuntur tam *impedientia*,  
quam *dirimētia* in lege veteri  
& Evangelica *impedimenta*,  
in quibus pro diverso eorum  
ortu & occasu fit vespere &  
mane dies sextus.

**P**Ræceptum Matrimonii  
collectivè totum obligat  
Genus humanum, nequaquã  
singulos homines distributivè  
sumptos, in specie multi per  
legitima impedimenta inha-  
bilitantur, ne licitè matrimo-  
nium valeant celebrare, &  
sunt *merè prohibentia*, vel ut  
ajunt, *impedientia*; aut etiam  
ne validè quidem, & dicuntur  
*dirimentia*, quæ statuendi po-  
testas, quod spectet ad forum  
*fori*, nō *poli* qui asserit, ita ut  
cujus sit Regio, ejusdem sit et-  
iam Religio, sed de religione  
dispo-

Trid.  
sess. 24.  
can. 4.  
& 12.



dispositio, anathema est ei in  
Ecclesia. Impedimenta *merè*  
*prohibentia* olim erant 12, his  
versibus expressa:

Ecclesie veritum, nec non tempus  
feriatum

Atque Catechismus, sponsalia,  
jungitò votum,

Incestus, raptus sponsatae, mors  
muliebris,

Susceptus propriae sobolis, mors  
presbyteralis,

Vel si poeniteat solemniter, aut mo-  
nialem

Accipias: prohibent hæc conjugi-  
um sociandum.

Veruntamen omnia (præter  
Ecclesie interdictum, votum  
simplex castitatis, non nubendi  
Ordinis S. & sponsalia &c.)  
videntur consuetudine, seu  
usu abrogata, sic ut pro illis  
nulla hodie peti soleat dispen-  
satio, Posterioris generis, seu  
di-



dirimentia, quorum efficacia locum habet etiam in ignorantibus cum aliquo dirimente contrahentibus, jure antiquo similiter sunt 12. his versibus comprehensa.

Error, conditio, votum, cognatio,  
crimen,

Cultus disparitas, vis, Ordo, ligamen,  
honestas,

Si sis affinis, si forte coire nequibus.

Hæc socianda vetant conjugia facta retractant.

at his jure novò Trid. sess. 24. de Matrim. c. 1. duo sunt adjuncta; videlicet: *absentia Parochi & duorum testium.* Item *mulieris raptus* his 2. versibus signata:

Si parochi & duplicis defit presentia testis,

Raptaq; sit mulier, nec parti reddita tutæ.

*Error,*



*Error*, personæ, vel substantialis, esto sit vincibilis: jure naturæ & positivô matrimonium dirimit, quod verum est, etsi quis ita sit dispositus habitualiter, ut si sciret esse aliam personam, equidem contraheret, qui dicitur error concomitans & à Juristis error non dans causam contractui; secus est de errore qualitatis personæ, & accidentalis vocatur, qualis est v. g. si quæ putabatur dives, nobilis, pulchra &c. fit pauper, plebeia, turpis &c. hic per se matrimonium non cassat, etenim jure naturæ vel saltem positivô conditio servilis, puta quando liber contrahit cum serva ignoranter, & econversò, dissipat valorem matrimonii. *Votum ca-*  
*stita-*



stitatis solemne emissum in  
 Professione Religionis appro-  
 batae, etiam votum simplex  
 castitatis, quò aliquis in So-  
 cietate JESU fit Religiosus,  
 dirimunt jure ecclesiastico  
 Matrimonium contrahen-  
 dum, aut postea contractum.  
 Maritus potest uxoris votum  
 constante Matrimonio factum,  
 de non reddendo debitum, aut  
 à venereis delectationibus ab-  
 stinendo, dum illud reddet,  
 non solum quò ad effectum  
 suspendere, sed ita absolutè ir-  
 ritare, ut solutio Matrimonio  
 non reviviscat, sed ejus obli-  
 gatio totaliter cesset, quasi  
 nunquam fuisset.

*Cognatio, quæ sonat simul na-  
 tionē, (uti cognati cōsequenter  
 simul nati & consanguinitas,  
 san-*



*sanguinis unitas*, & consanguinei sanguine uni) triplex est: carnalis, quæ oritur ex generatione carnali ab uno stipite, ut illam ab Adamo & Eva excludas: secunda est Spiritualis, quæ nascitur ex conjunctione Sacramentali per Baptismum & Confirmationem: tertia est legalis ex conjunctione adoptionis. Cognatio carnalis, pro ut dividitur in consanguinitatem & affinitatem olim *Levitici* 18. jure divinò ad contrahendum matrimonium inhabilitabat personas, quæ in his versibus clarent: Levit.  
18. v. 7.  
& seq.

Nata, soror, neptis, matertera, fratris & uxor,

Et Patris conjux, mater, privigna, noverca,

Uxorisq; soror, privigni nata, nurusq;

Atq;



Atq; soror Patris conjungi lege ve-  
tantur.

Trid.

Quæ in lege nova non habent  
locum, nisi in quantum ali-  
qua sunt juris naturæ, vel, quæ  
etsi essent juris Divini positivi,  
tamen sunt ab Ecclesia resum-  
pta ob morales congruentias.  
Et Trid. *sess. 24. can. 3.* agens  
de gradibus in Levitico ex-  
pressis dicit anathema asseren-  
ti *non posse Ecclesiam in nonnul-  
lis*, utpote nunc juris eccle-  
siastici, *dispensare*. Consan-  
guinitas, ut est attinentia &  
proximitas personarum ex eo  
proveniens, *quod una descen-  
dit ab altera*, quo tangitur con-  
sanguinitas in linea recta  
ascendentium; *vel amba ab u-  
na tertia*, quo tangitur con-  
sanguinitas collateralium, re-  
ctè,



ctè, ut vides, per lineas & gra-  
 dus distinguitur. *Linea* est  
 collectio personarum ab eo-  
 dem stipite mediatè vel imme-  
 diatè descendentium gradus  
 continens & numeros gradu-  
 um, & dividitur in *rectam* &  
*transversam*: *Linea recta* est,  
 qua una persona directè trahit  
 sanguinem ab alia mediatè, vel  
 immediatè; immediatè ut fili<sup>9</sup>  
 à Patre; mediatè ut nepos à  
 Patre, & juxta habitudinem  
 principiati ad principia est a-  
 scendentium, pergendo au-  
 tem à principio ad principiatū  
 est descendentium. *Linea* verò  
*collateralis, sive transversalis*  
 est, in qua una persona non  
 sic sanguinem trahit ab alia,  
 sed una stat alteri ad latus, ut  
 2, fratres vel sorores & ab eis  
 de-



descendentes, & talis iterū est  
duplex, scilicet *aqualis* ubi  
duæ personæ laterales in sua li-  
nea æqualiter distant in gradu  
à communi stipite, ut 2. fratres  
& eorum filii: & *inaqualis*; u-  
bi personæ collaterales inæ-  
qualiter distant, inspice sce-  
ma subiectum.

Pater



237.  
Pater




Filius ————— Filius  
distant 1. grad.



Nepos ————— Nepos  
dist. 2. grad.      dist. 3. grad.

Pronepos ————— Pronepos  
dist. 3. grad.      dist. 4. grad.



Abnepos ————— Abnepos,  
distant 4. gradibus.

Per-

ū est  
ubi  
ta li-  
radu  
atres  
; u-  
inæ-  
sce-

ater



Personæ consanguineæ  
 in linea recta, tot gradibus  
 inter se distant, quot genera-  
 tiones à stipite ad ipsas factæ  
 sunt, unâ demptâ, videlicet  
 stipitis; quia cum tali genera-  
 tioni supponatur, per se gra-  
 dum non constituit, sed per  
 ordinem gradus ad ipsum con-  
 stituitur; unde filius à matre,  
 Patre unico gradu, eoque pri-  
 mo distat, nepos ab avo 2. &c.

Personæ consanguineæ  
 in linea transversa, si à com-  
 muni stipite æqualiter distent,  
 quotò gradu ab eo secundum  
 lineam rectam distant, eodem  
 distant inter se: unde 2. fra-  
 tres, frater & soror unicò gra-  
 du eoque primò inter se di-  
 stant, uti à stipite: si verò inæ-  
 qualiter à communi stipite di-  
 stent,



stant, quotò gradu remotior distat à stipite, eodem distant inter se; unde filius Patris & nepos ejusdem filii sive patruus & nepos, duobus gradibus inter se distant; quia nepos à patre communi stipite, duobus distat, & addenditur gradus remotior, qui ad se trahit propinquiorem.

In linea recta, quilibet gradus dirimit matrimonium jure naturæ, ita, ut si hodie Adam viveret uxorem de sua posteritate ducere non posset. Consanguinitas in linea transversa & affinitas, (quæ est proximitas personarum proveniens ex carnali conjunctione inter cognoscentem & consanguineps personæ carnaliter cognitæ, non verò inter

ter



ter consanguineos viri & consanguineos mulieris, cum 2. fratres, pater & filius possunt ducere duas sorores aut matrem & filiam) dirimit matrimonium usque ad 4. gradum inclusivè tam in linea transversa quam recta; affinitas verò ex capula illicita, usque ad secundum inclusivè duxat. Primus consanguinitatis gradus in linea transversa probabilissimè jure naturæ dirimit matrimonium, secus est primus gradus affinitatis, aut secundus consanguinitatis, sed solo jure ecclesiasticò.

*Cognatio spiritualis* solo jure ecclesiasticò impedit matrimonium, & dirimit contractum inter baptizantem & suscipientem, vel suspicientes  
ex



ex una parte, & baptizatum, ejusque Patrem & matrem ex altera parte. *Cognatio legalis*, quæ est propinquitas quædam, orta ex adoptione, dirimit matrimonium contractum inter adoptantem & adoptatum, ejusque descendentes, qui tempore adoptionis sunt sub potestate adoptati, usque ad 4. gradum; item inter uxorem adoptantis & adoptati: Tertio in linea transversa inter adoptatum & filios legitimos adoptantis, quamdiu utriusque sunt sub potestate adoptantis. His intellectualiter ponderatis, quidam de quodam dixit Comite habente 12. milites: 4. erant sui filii, 4. sui sororii, reliqui 4. sui generi, & omnes de una matre legitime nati.



et. Item est mulier quædam juvenis, ultimæ æfermè senectutis virum habens, stans illa coram sex juvenibus dicit: *duo sunt fratres Patris mei, duo sunt fratres matris meæ, duo verò filii mei, & omnes de illo senecæ unico patre legitimè juxta canonum decreta, & Ecclesie statuta matrimonialiter geniti.* Item, *salve nepos frater dicebat filio suo mater, verum dicebant, qui possunt solvere solvant.*

*Publica Honestas* orta ex matrimonio rato, siue valido, si aliter fuerit invalidum, quam ex defectu consensûs, dirimit juxta communem sententiam, matrimonium usq; ad 4. gradum. *Disparitas cultûs*, quando fidelis contrahit cû infidelis, & *impedimentum criminis*, quod



quod triplex est. *Primò* machinatio mortis mariti, vel e contra mortis uxoris, ab utroque contrahentiū post illius mortem, sub intentione simul contrahendi, morte illius inde secutā. *Secundò* adulterium sub promissione & fide data de matrimonio simul contrahendo, post alterius conjugis mortem. *Tertio*, Machinatio mortis conjugis ab altera conjugē tantum sine conspiratione mutua, sed cum adulterio cū desponsanda post conjugis mortem, hæc inquam impedimenta matrimonium validum per *ligamen* sive infidelium, sive fidelium supervivente conjugē semper inducit monogamiam, & dirimit polygamiam, quare hæc in lege

L 2 nova

edam  
lectu-  
s illa  
dicit:  
i, duo  
uo ve-  
lo sene  
cano-  
Patuta  
Item,  
at filio  
nt, qui  
ex ma-  
ido, si  
quam  
dirimit  
ntiam,  
4. gra-  
quan-  
infides  
imnis,  
quod



nova damnosa est, in lege an-  
 tiqua, an ex dispensatione fu-  
 erit licita, dubitamus, probabi-  
 lius illicita fuit. Si *impotentia*  
 antecedens matrimonium, sit  
 perpetua, sive absolute sive  
 respectivè ad alteram compar-  
 tem undecunquè proveniat,  
 matrimonium dirimit, tem-  
 poralis minimè: quare matri-  
 monia contracta à quibusdam  
 spadonib<sup>9</sup> seu Eynuchis perfe-  
 ctis, ac utroque testiculò ca-  
 rentibus simpliciter sunt inva-  
 lida, senectus, sterilitas, aut  
 partum vivum emittendi inca-  
 pacitas, valorem contractus  
 conjugalis non distrahunt. *Æ-*  
*tas* jure positivo requisita ad  
 matrimonium validè contra-  
 hendum est pubertatis, id est  
 12. annus in puella, & 14. in ado-  
 ado-



adolescente. Porro nec ipse  
Deus dispensare potest in im-  
pedimentis ex intrinseca con-  
tractus natura dirimentibus  
v. g. in defectu veri consensus,  
impotentia, quæ autem diri-  
munt jure divinó aut naturali  
largè v. g. gradu primo con-  
sanguinitatis solus Deus di-  
spensat, Pontifex, quæ jure  
Ecclesiastico introducta sunt,  
relaxat, ac in hisce *fit vesperè*  
de matrimonio & *manè dies*  
*sextus.*

### RESERATIO ULTIMA.

*Extrema unctio denotatur per  
diem septimum, quò DEUS  
complevit mysticè numerum  
septenarium Sacramentorum,  
ac deinde cessavit ab opere &  
quievit quiete sempiternâ.*

L. 3

Pro-



PROgrediamur tandem, ad  
 ad egregium imaginis & si-  
 militudinis Dei ectypum, à la-  
 bore ad requiem gratiæ & pul-  
 chritudinem, deflexum; nam  
 si placidum mare ex aspero,  
 cœlumq; ex nubilo ferenum,  
 hilari aspectu sentitur, labo-  
 ris & operis deposita moles,  
 candidâ relatione, celebranda  
 est: dicit itaque noster hexa-

Gen. 2.  
 v. 1. & 2. *merographus: Igitur perfecti  
 sunt Cœli & Terra & omnis or-  
 natus eorum, complevitq; Deus  
 die septimò opus suum, quod fe-  
 cerat; mysticè, septimò die Sa-  
 cramentorum numerum ter-  
 minans in Sacra & Extrema  
 Unctione complevit, quam ces-  
 satio operis ejusq; completio  
 significat & congruè quidem,  
 cum per Sacramentum Extre-*

*me*



*ma unctio*nis hebdomada vitæ  
 & sanctificationis nostræ per-  
 fecta sit, & ex omni parte bea-  
 ta, plena requie, plena pace,  
 gratiâ, & veritate, indeque  
 septenarius numerus ipsum  
 Creatorem, & omnem ejus  
 Creaturam in felicitate consti-  
 tutam demonstrat, sicque se-  
 ptimò die vocatus est Moyfes  
 ad Montem, ubi gloria Do-  
 mini habitabat, sic septimò  
 die, id est novissimò operum  
 Dei mysticè intellectorum, sc.  
 Extremæ unctio<sup>n</sup>is Sacramen-  
 tò in termino vitæ existentes,  
 ad æternitatem abituri per  
 sanctificationem & corrobo-  
 rationem animæ contra dia-  
 boli conflictum ad montem  
*qui preparatus est Domus Domi-  
 ni in vertice montium* ex hac la-

Exod.

24. v.

16.

Isaiæ  
cap. 2.  
v. 2.

L 4

chri-



chrymarum valle vocantur;  
 vides ergo, omnem ab omni  
 malo liberationem, & præser-  
 vationem septinarius osten-  
 dit; ut in oratione Dominica,  
 in qua 7. petitiones sunt, se-  
 ptima, quo liberemur à malo,  
 tanquam, ut consummatà per-  
 fectione, requiescere possi-  
 mus, orare docemur. Itaque  
 Divina Sapiencia Domum,  
 quam sibi, ut in eo peractò  
 summò & septimò opere re-  
 quiescere posset, adificavit;  
 ab omni malo præservatam,  
 & septem infinitæ gratiæ suæ  
 Sacramentis velut fortissimis  
 columnis præservatam, præ-  
 paravit, inter quæ septimum  
 in mystica notione Extrema  
 sit Unctio, quæ sola miseris  
 hujus sæculi coronidem & vi-



tæ futuræ coronam imponit,  
 necesse est: hujus autem Sa-  
 cramenti materia remota est  
 oleum olivarum ab Episcopo  
 benedictum; proxima est un-  
 ctio in quinque sensibus; *ocu-  
 lis*, propter visum; in *auribus*  
 propter auditum; *naribus* pro-  
 pter odoratum; *ore* propter  
 gustum, vel locutionem; *ma-  
 nibus* propter tactum; *renibus*  
 propter delectationē, (quæ in  
 fœminis semper omittenda  
 est, imò & in viris propter pe-  
 riculum &c.) tandem in *pedi-  
 bus* propter gressum, imò lici-  
 tè & validè posse conferri hoc  
 Sacramentum in extrema ne-  
 cessitate per unicam unctio-  
 nem sub una forma singulas  
 actiones exprimente, adeò  
 tutum est, & in praxi rece-  
 ptum

ptum



ptum, ut peccati arguendus sit, qui, cum aliter non posset, huiusmodi Unctionem omitteret in fideli realiter infirmo & rationis aliquando compositae, neque aliunde Extremae unctionis incapace; unde à potiori valebit, si dum accelerandum est, omnes sensus, sed biformes, in una tantum parte, inungat. Forma unctionibus singulis respondens, est ista solemnis precatio, quam Sacerdos, (qui huius solus est minister de necessitate Sacramenti, Parochus vel eius subdelegatus de necessitate precepti) adhibet, cum ait: *per istam sanctam Unctionem, & suam piissimam misericordiam, indulgeat tibi Deus, quidquid deliquisti per visam &c. Repe-*  
 ten-



tenda ad singulas unctiones  
 cum proportione singulos ex-  
 primendo sensus, seu membra  
 inungenda, vel si forte quis  
 aliquo careat, partem proxi-  
 mam. Sacramentum *Extremae*  
*Unctionis* reiterari potest in eo-  
 dem homine, sed non in eo-  
 dem morbo, ita ut ipsum in-  
 validè in eodem moraliter  
 morbo daretur, nisi forte in-  
 firmus evaserit periculum  
 mortis manente etiam eadem  
 infirmitate, seu quod ita remi-  
 serit vis morbi, ut evasisse ju-  
 dicetur infirmus, licet non sit  
 omnino sanatus, iterumque  
 incidat in vicinum periculū,  
 post aliquod tempus, vel si  
 contingeret in periculo acce-  
 dere novum, non tanquam  
 accessorium prioris morbi,  
 sed

ndus  
 offlet,  
 omitt-  
 firmo  
 mpo-  
 reme  
 ide à  
 acce-  
 nsus,  
 ntum  
 rebio-  
 ns, est  
 quam  
 lus est  
 Sacra-  
 is sub-  
 e præ-  
 t. per  
 m, &  
 diam,  
 idquid  
 Repe-  
 ten-



sed tanquam planè disparatum v. g. si inunctus ob phtysin corripitur peste, apoplexia &c. infirmus denuo inungi potest, ut Doctores passim.

**F I N I S**

*Totius hebdomadae. Cedat ad  
Majorem Dei gloriam & hono-  
rem Virginis semper Immacu-  
late & Universe Curie  
Triumphantis.*

*Amen.*







para-  
phty-  
ople-  
nun-  
asfim.

lat ad  
bono-  
macu-  
ria


























F. Summ  
Hexamer  
Mysterio  
cum

Th

Th  
429